'solue senescentem mature sanus equom, ne
peccet ad extremum ridendus et ilia ducat'.
nunc itaque et uersus et cetera ludicra pono;
quid uerum atque decens, curo et rogo et omnis in hoc sum;
condo et compono, quae mox depromere possim.
  ac ne forte roges, quo me duce, quo lare tuter:
nullius addictus iurare in uerba magistri,
quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes.
nunc agilis fio et mersor ciuilibus undis,
uirtutis uerae custos rigidusque satelles;
nunc in Aristippi furtim praecepta relabor

---

7 sqq.: **S**: Ou. trist. IIII 8, 19 sqq.: ne cadat et multas palmas inhonestet adeptus, languidus in pratis gramina carpit equus. miles ut emeritis non est satis utilis annis, ponit ad antiquos, quae tulit arma, Lares. sic igitur tarda uires minuente senecta, me quoque donari iam rude (u. 2) tempus erat   7 **S**: Verg. ecl. 2, 36 et 3, 33: 'est mihi' in exordio hexam. || Plaut. mil. III 1, 179 (774 R.): perpurgatis..auribus || Pers. 5, 96: stat contra ratio et secretam garrit in aurem || idem 5, 63: purgatas inseris aures fruge Cleanthea   8 sq. **T**: floril. Nostrad. **S**: Ennius apud Cic. de senect. 5, 14: sicut fortis equos, spatio qui saepe supremo uicit Olympia, nunc senio confectu' quiescit || Ibycus fragm. 2 B: *ὥστε φερέζυγος ἵππος ἀεθλοφόρος ποτὶ γήραϊ ἀέκων . . . ἐς ἅμιλλαν ἔβα*   9 **S**: Ven. Fort. VII 8, 10: ilia lassa trahens   11 **T**: floril. Nostrad. **S**: Boeth. comment. in isag. Porph. lib. I c. 4: 'quid uerum quidque decens sit'. || Lucian. Hermot. 2: *οὕτως ὅλος εἶ ἐν τῷ πράγματι*; cf. adn. s. I 9, 2. 12 **T**: schol. Veronens. Verg. ecl. 6, 7 p. 73 K.   13 **S**: Ou. met. X 220: at si forte roges   14 **S**: Cic. Tusc. II 2, 5: certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti et consecrati sunt || Ou. a. a. I 687 iurabant omnes in laesi uerba mariti || Prosper de ingratis 572: quorum ructatis verba, magistri. || Quintil. inst. III, 1, 22: neque enim me cuiusquam sectae uelut quadam superstitione imbutus addixi || cf. etiam Petron. 117   15 **S**: Cic. Acad. II 3, 8: ad quamcumque sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tamquam ad saxum adhaerescunt || Phocylid. 113: *καιρῷ λατρεύειν μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισιν*   16 **S**: Catull. 68, 13: accipe quis merser fortunae fluctibus ipse   17 **S**: Lucan. II 389 de Catone: iustitiae custos, rigidi seruator honesti || [anonymi satira de lite u. 118: si iudex custos rigidus legisque magister (Barthii aduersar. VII 18)]

---

*Ω* = *AEF(φψ)MRγδ'(δd)λ'(λl)νπσgmv*   6 Nec *E*   totiens] tociens *γσg*   exoret] exornet *Fδ'λ'()*   harena *Eνσgm Pseudacr.*   aræna *A*   arena *cett.*   7 crebro] cerebro *g*   8 aequum *δ a. ras.*   equum *cett.*   9 illa *Ma. ras. g*   10 cętera *Fγδ'*   ludica *R1*   11 in hoc sum] *R1 ineptit*   12 Conde *A*   compono *Aγδ'mv*   cōpono *Mπσgl*   conpono *ERλν*   13 duce] doce// *R1*   14 addictus *FM corr. δ'λ' (sed in λ* addi *in ras.) νπσgm v Pph.*   adductus *AEM a. ras. Rγδ'2 gloss. Γ*   15 cunq, *Emv*   16 ciuibus *m*   17 uerae *EFδνπσl*   ueri *A*   uere *cett.*   satellis *FRδ'λ'π*   18 *post* Nunc *quinque litterae erasae in R*   fistim (ur *superscr.*) *R*   precepta *Amv*

et mihi res, non me rebus subiungere conor.
ut nox longa quibus mentitur amica, diesque
longa uidetur opus debentibus, ut piger annus
pupillis, quos dura premit custodia matrum:
sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora, quae spem
consiliumque morantur agendi nauiter id, quod
aeque pauperibus prodest, locupletibus aeque,
aeque neclectum pueris senibusque nocebit.
restat ut his ego me ipse regam solerque elementis.
  non possis oculo quantum contendere Lynceus:
non tamen idcirco contemnas lippus inungui;
nec, quia desperes inuicti membra Glyconis,
nodosa corpus nolis prohibere cheragra.
est quadam prodire tenus, si non datur ultra.

---

19—21 T: florileg. Nostrad. 19 T: Porph. ad epist. I 10, 40 20 sq. S: Sen. de breuit. uitae 16, 2: quod saepe illis longus uidetur dies || Auson. technopaegn. 7 (de inconexis) u. 10 p. 160 P.: longa dies operosa uiro, sed temperies nox || Theocr. id. 12, 1 sq.: *ἤλυθες, ὦ φίλε κοῦρε, τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ, ἤλυθες; οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσιν* 21 S: 'piger annus' etiam Stat. s. IIII 4, 40 || Verg. ge. I 32: tardis . . . mensibus 23 sq. T: floril. Nostrad. 24—26 T: 'id—nocebit' Io. Victor. VI 6, 429 25 sq. S: Diogenes apud Diog. Laert. VI 68: *τὴν παιδείαν εἶπε τοῖς μὲν νέοις σωφροσύνην, τοῖς δὲ πρεσβυτέροις παραμυθίαν, τοῖς δὲ πένησι πλοῦτον, τοῖς δὲ πλουσίοις κόσμον εἶναι* 26 T: floril. Nostrad. S: Claud. Mar. Vict. aleth. III 693: puerique senesque 28 T: schol. Vossian. Lucan. VI 672. floril. Nostrad. S: prouerb. Graecum: *ὑπὲρ τὸν Λυγκέα* 30—63 T: floril. Nostrad. 30 *αἱ ἀνίκατοι χέρες* Glyconis laudantur ab Antipatro Thessalonicensi in anth. Pal. VII 692, 3 32 T:

---

*Ω = AEF(φψ)MRγδ′(δd)λ′(λl)νπσgmv* 19 et] ac *Porph. ad epist.* I 10, 40 21 ut] aut *R a. ras.* p$^{g}$ier *A* 22 Pupilis *R*1 prȩmit *R a. ras.* 23 temporaq, uespem *A* temp*ora δ* temporaq.$^{æ}$ *R* 24 gnauiter *v floril. Nostr.* nauiter *cett. in v ut forma notabilior adscriptum est* NAVITER *u.* 25 *om. δ′*1 *aut pr. et flor. Nostr.* 25 Aequē . . . aeque*m A* Aeqūae *l* laupletibus *R*1 lucupletibus *m* aequȩ *δ′* 26 Aequȩ *δ* neclectum *AR*1 *γ d* neglectum *cett.* senibus puerisque *v opp. flor. Nostr.* senib; quȩ *λ* 27 ut his] uitis *M*1 rogam *A* regū *M*1 solemque *R*1 28 oculos *λ pr. v*1 oculo *cett. Pph. schol. Lucan. flor. Nostr.* linceus *γσlmv* 29 Num tamen *γ*1 iccirco *E R (cf. u. 61)* idcirco *cett.* cōtemnas *g* contempnas *M R δ′ vσlmv* inungui *AEFMγλ′νπσg* in///ungui *R* inungi *δ′mv* 30 Non *v* desperas *g* menbra *M m v* clyconis *A* cliconis *M* gliconis *γνσmv* glyconis *cett.* 'alii milonis legunt' *Pseudacr.* 31 nolis corpus *g* cheragra *AERπ pr.* chiragra *γ λ pr. v g corr.* chi//ragra *M* chyragra *F δ′ λ corr. π corr. l* ciragra *σ g pr. flor. Nostr.* cyragra *mv* 32 quadam *A pr. EFMπ corr. σ*1 *Pseudacr. gloss. Γ* quodam *A corr. R γ λ′ ν π ψ corr. ead. m. d g m v flor. Nostr.* quo*dam δ*() prodire] ire *γ*

feruet auaritia miseroque cupidine pectus:
sunt uerba et uoces, quibus hunc lenire dolorem
possis et magnam morbi deponere partem.
laudis amore tumes: sunt certa piacula, quae te
ter pure lecto poterunt recreare libello.
inuidus, iracundus, iners, uinosus, amator,
nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
si modo culturae patientem commodet aurem.
uirtus est uitium fugere et sapientia prima
stultitia caruisse. uides, quae maxima credis

---

Alcuinus de diu. officiis c. 18 p. 1190a **S**: Plaut. trin. 485—487: semper tu hoc facito, Lesbonice, cogites id optumum esse, tute uti sis optumus: si id nequeas, saltem ut optumis sis proxumus **33 S**: Columbanus ad Hunaldum u. 7: ardet auaritia caecaque cupidine pectus || idem ad Sethum u. 45: non misera capitur caecaque cupidine rerum **34** sq. **S**: Aeschyl. Prom. 377 sq.: *γιγνώσκεις ὅτι ὀργῆς ζεούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι* || Eurip. Hippol. 477 sqq.: *νοσοῦσα δ' εὖ πως τὴν νόσον καταστρέφου. εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ καὶ λόγοι θελκτήριοι. φανήσεταί τι τῆσδε φάρμακον νόσου* || Menand. fr. 540 Mein.: *λύπης ἰατρός ἐστιν ἀνθρώποις λόγος· ψυχῆς γὰρ οὗτος μόνος ἔχει ἰάματα. λέγουσι δ' αὐτὸν οἱ πάλαι σοφώτατοι ἀστεῖον εἶναι φάρμακον* **34 S**: Lucr. IIII 533: uoces uerbaque || Claud. Rufin. II 87: lenire dolorem || Ou. met. XIII 317: lenire dolores (in fine hexametri) **35 S**: Catull. 76, 25: ipse ualere opto et taetrum hunc deponere morbum (sc. amorem) **36** sq. **T**: Augustinus de ciuit. d. V 13; epist. IIII 231, 3 **36 S**: Prud. peristeph. XIII 75: laudis amori (in exordio uersus) **39** sq. **S**: Accius trag. u. 683 sq. p. 224 R.[2]: nullum est ingenium tantum neque cor tam ferum, quod non labascat lingua, mitiscat malo || Lactant. de mort. persec. 3: nulla . . . natio tam feris moribus uiuens, ut non suscepto dei cultu ad iustitiae opera mitesceret || Sen. de ira II 12: nulli sunt tam feri et sui iuris affectus, ut non disciplina perdomentur || Brunck. gnom. p. 320: *ἅπαντας ἡ παίδευσις ἡμέρους ποιεῖ* **39 T**: floril. Paris. 8069 et 8818a **40 S**: Arnobius IIII p. 149: uos aures patientissimas commodatis || Firmic. Matern. 25 p. 65, 6 sq. Ziegler: sanctarum aurium mihi commodate patientiam || Ou. trist. V 12, 53: commodet aurem || cf. s. I 1, 22: ut praebeat aurem **41** sq. **S**: Cleobul. ap. Diogen. Laert. I 92: *ἀρετῆς οἰκεῖον εἶναι, κακίας ἀλλότριον, ἀδικίαν φεύγειν* || Theogn. 1177 sq. Bgk.: *εἴ κ' εἴης ἔργων αἰσχρῶν ἀπαθὴς καὶ ἀεργός, Κύρνε, μεγίστην κεν πεῖραν ἔχοις ἀρετῆς* || Iuuen. 13, 189: prima docet rectum sapientia || Sen. epist. 28, 9: 'initium est salutis notitia peccati' egregie mihi hoc dixisse uidetur Epicurus || Quintil. inst. VIII 3, 41: prima uirtus est uitio carere **41** 'uirtus—fugere' **T**: Quintil. inst. VIIII 3, 10; floril. Paris. 8069; uituperauit Lactant. instit. diu. VI 5, 12

---

*Ω* = *A E F* (*φ ψ*) *M R γ δ'* (*δ d*) *λ'* (*λ l*) *ν π σ g m v* **33** auaricia *M λ ν g v* misero *Ω* misera *v*2 *floril. Nostr.* cupine *A* **34** hunc *supra uersum γ* linire *A γ*1 *aut pr.* dolorum *R*1 **35** Possim *R* magna *δ*1 *g* **36** tumens *A* certe *E*1 quete *A* **37** puri *R*1 **38** inhers *A δ* **39** ut *Ω flor. Nostr. et Paris.* 8069 qui *y flor. Paris.* 8818a mittescere *E R*1 **40** pacientem *F λ π σ g m* **41** uicium *M g* sapiencia *λ g* **42** Stultia *R*1 Stulticia *A E M λ σ g v* uidens *A a. ras.*

esse mala, exiguom censum turpemque repulsam,
quanto deuites animi capitisque labore;
impiger extremos curris mercator ad Indos,
per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:
ne cures ea, quae stulte miraris et optas,
discere et audire et meliori credere non uis?
quis circum pagos et circum compita pugnax
magna coronari contemnat Olympia, cui spes,
cui sit condicio dulcis sine puluere palmae?
uilius argentum est auro, uirtutibus aurum.
'o ciues, ciues, quaerenda pecunia *primumst
uirtus post nummos!' haec Ianus summus ab imo

43 **S**: Iuuen. 13, 7: census tenuis || Apoll. Sid. carm. 5, 11: tristique repulsa 45—48 **S**: Ps.-Isocrat. ad Demonic. c. 19 p. 5 Bens.: *ἡγοῦ τῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω . . . αἰσχρὸν γὰρ τοὺς μὲν ἐμπόρους τηλικαῦτα πελάγη διαπερᾶν ἕνεκα τοῦ πλείω ποιῆσαι τὴν ὑπάρχουσαν οὐσίαν, τοὺς δὲ νεωτέρους μηδὲ κατὰ γῆν πορείας ὑπομένειν ἐπὶ τᾷ βελτίω καταστῆσαι τὴν αὑτῶν διάνοιαν* || Ou. rem. am. 229 sqq.: ut corpus redimas, ferrum patieris et ignes, arida nec sitiens ora leuabis aqua: ut ualeas animo, quicquam tolerare negabis? at pretium pars haec corpore maius habet || cf. etiam Plat. apol. p. 29 D. E. Diogen. Laert. VI 27 45 **T**: floril. Paris. 8818[a] **S**: Stat. s. III 2, 91: non uel ad ignotos ibam comes impiger Indos || Claudian. de IIII. cons. Hon. 257: tu licet extremos late dominere per Indos 46 **S**: Theogn. 175 sqq.: *ἣν* (sc. *πενίην*) *δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον ῥιπτεῖν καὶ πετρέων, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων . . . χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης δίζησθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσιν πενίης.* Iam Porph. ad u. 45 adnotat: Hoc loco Theognidis uersus imitatus est per ignes] cf. Aristoph. Lys. 133 sq.: *διὰ τοῦ πυρὸς θέλω βαδίζειν* 50 **T**: Priscian. XVIII 27, 284: Attici *στέφεται τῷδε καὶ τόδε.* et Romani 'coronatur illam rem' et 'illa re', quomodo etiam 'induitur'. Horatius 'coronari Olympia' **S**: Simonides fr. 188 B.: *'Ολύμπια ἐστεφανώθην* 51 **S**: cf. Otto, Sprichw. p. 290 52 **S**: Columbanus ad Hunaldum u. 9 53 sq. 'o—nummos' **T**: florileg. Paris. 8818[a] **S**: Phocyl. fr. 10: *δίζησθαι βιοτήν· ἀρετὴν δ' ὅταν ᾖ βίος ἀσκεῖν* 53 **S**: Plaut. Curc. 625: o ciues, ciues! 54 sq. 'haec—prodocet' **T**: schol. *Γ' a* b f V epist. I 20, 1 54 sqq. **S**: Plut. de cupid. diu. VIII

*Ω = A E F (φ ψ) M R γ δ' (δ d) λ' (λ l) ν π σ g m v* 43 repulsam] laborem *R δ'1 ut uid. ν1 π* repulsam *δ'2 ν2 cett.* 44 labore] repulsam *R* dolore *γ δ'1 π1 ut vid.* labore *γ uar. δ' in ras. ν2 π in ras. cett. flor. Nostr.; ν1 n. l.; in R transpositionis signa addita sunt supra uoces* laborem *et* repulsam 45 Inpiger *R m v Pph. flor. Nostr.* Impiger *cett.* curris *Ω Porph. gloss. Γ flor. Nostr.* currit *cod. Basil. II floril. Paris.* 8818[a] *Pseudacr. cod. ζ ad art. poet.* 117 46 pauperie *γ* fugens *E* 47 que *E R1 aut pr. λ* stultę *F* 48 Dicere *F R1 δ'1 λ'1 π1* Discere *cett.; Pseudacr.:* '*ὕστερον πρότερον,* nam prius audimus, postea discimus' 49 cōpita *E* cōpeta *g* pugnax *E*, x *i. ras.(?)* 50 contemnat *F λ π g* contempnat *cett.* olimpia *E M δ' ν σ m v* pes *λ1* 51 Cum *σ1* condicio *A λ σ ψ g* conditio *cett.* palme *λ* 52 Vilius est argentum auro *v* 53 *alterum* ciues *om. R1* querenda *R1 δ' λ σ m* pecunia *δ* est *om. floril. Nostr.* 54 numos *δ1* nummos *δ2 cett.* hoc *π1* Ianus] cianus *A*

prodocet, haec recinunt iuuenes dictata senesque
[laeuo suspensi loculos tabulamque lacerto].
est animus tibi, sunt mores et lingua fidesque,
sed quadringentis sex septem milia desunt:
plebs eris. at pueri ludentes 'rex eris' aiunt,
'si recte facies'. hic murus aeneus esto,
nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

---

p. 87 R.: *ταῦτά ἐστιν ἃ παραινοῦσι καὶ διδάσκουσι· κέρδαινε καὶ φείδου καὶ τοσούτου νόμιζε σεαυτὸν ἄξιον, ὅσον ἂν ἔχῃς* || Iuu. 14, 205—209: illa tuo sententia semper in ore uersetur dis atque ipso Ioue digna poeta: 'unde habeas quaerit nemo, sed oportet habere' [cf. uu. 65. 66]. hoc monstrant uetulae pueris repentibus assae, hoc discunt omnes ante alpha et beta puellae **55 S**: Cic. de fin. IIII 4: quasi dictata decantare || Ou. met. VIII 525: iuuenesque senesque **58 S**: Iuu. 5, 132 sqq.: quadringenta tibi siquis deus aut similis dis et melior fatis donaret homuncio: quantus ex nihilo fieres? **59** sq. **T**: Io. Victoriens. 4, 1 p. 360 B.: 'pueri—facies' **S**: Isidor. orig. VIIII 3, 4: reges a regendo . . . recte igitur faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur, unde et apud nostros tale erat prouerbium: rex eris, si recte facias; si non facias, non eris || Porph. ad u. 62: pueri lusu cantare solent: rex erit, qui recte faciet, qui non faciet, non erit || Auson. edyll. 27, 6 (de inconexis) u. 3 Sch.: qui recte faciet, non qui dominatur, erit rex **59 S**: Gualtheri Alex. V 507 sq.: respectu principis huius plebs erit **60 S**: Aeschin. in Ctesiph. 25 p. 71 Br.: *χαλκοῦν καὶ ἀδαμάντινον τεῖχος* || Plat. legg. VI p. 778 D: *χαλκᾶ καὶ σιδηρᾶ . . . τείχη* **60** sq. **S**: Lucian. de calumn. non temere cred. c. 20: *ἀδαμάντινον τεῖχος τῆς ψυχῆς προβεβλημένος* || Diogenes (Orelli opusc. Gr. uet. sent. II p. 68 nr. 47): *τίς γὰρ ἂν ἧττον φοβοῖτό τι ἢ θαρσοίη μάλιστα ἢ ὅστις αὑτῷ μηδὲν συν-*

---

*Ω = AEF(φψ)MRγδ′(δd)λ′(λl)νπσgmv* **55** Ꝓprodocet *δ* Predocet *uel* Praedocet *σ cum x a Petrop.* Prodocet *cett. Pseudacr. ad epist. I 20, 1 floril. Nostr.* *u.* **56** *Guyet aliique delendum censent: nam turbato in sequentibus ordine et Porphyrionis silentio adeo augentur suspiciones, ut facere non possint, quin hunc uersum ex serm.* I 6, 74 *perperam huc translatum esse arbitrentur (uid. Epileg.); ceterum habent u.* 56 *codices ad unum omnes, testantur etiam Pseudacr. gloss. Γ floril. Nostr., tuentur Fea Doederlein Fritzsche Schmid Vahlen* **56** Laeuo *A F* Leuo *cett.* oculos *g* tabulas *m* que *om. ν1* *u.* 57 *ante u.* 58 *exhibent E g cum S Buslidiano duobus Pulmannianis florileg. Nostr.* || *u.* 58 *ante u.* 57 *habent A F M Rγδ′λ′νπσmv* 57 Ast *δ′ cum Reginensi1* mores lingua *g* est lingua *Ey (codd. Bentlei) flor. Nostr.* et lingua *cett.* 58 Sed] Set *g* ꝭi (= Set) *E* Si *σ2 cum S2 uar. Regin.2 uar.* [*Mavortius?*] *μ aliis flor. Nostr.* Sed, *superscr.* s. si *ν* desunt *AEMR γδ′νπ a. ras. σgm* desint *Fλ′π p. ras. v cum L1* *u.* 59 *om. l pr.* **59** Pleps$^{\text{i}}$ *A cum β b corr. p* Plebs *cett. uid. Epil.* seris *M a. ras.* **60** Sed *M* facias *m y cons. Isidor. opp. floril. Nostrad. Ioann. Victoriens.; cf. Auson. et Porph., quos supra laudauimus* *ante* aeneus *add. R2* et ęneus *νπ* aneus *A* eneus *g* **61** Nil—tibi *bis in cod. γ* Nihil *ER* Nichil *A* Nil *cett.* c̄scire$^{\text{si}}$ bi *E* conscire *A* tibi *γ fol.* 83$^{\text{b}}$ $^{\text{ał sibi}}$tibi *γ fol.* 84$^{\text{a}}$ palescere *γ*

Roscia, dic sodes, melior lex an *puerorumst
nenia, quae regnum recte facientibus offert,
et maribus Curiis et decantata Camillis?
isne tibi melius suadet, qui 'rem facias, rem,
si possis, recte, si non, quocumque modo rem,
ut propius spectes lacrumosa poemata Pupi,'
an qui Fortunae te responsare superbae
liberum et erectum praesens hortatur et aptat?
quodsi me populus Romanus forte roget, cur
non ut porticibus sic iudiciis fruar isdem,
nec sequar aut fugiam, quae diligit ipse uel odit,
olim quod uolpes aegroto cauta leoni

---

*ειδείη κακόν;* || Orelli I p. 34 nr. 109: *ἰσχὺς καὶ τεῖχος καὶ ὅπλον σοφοῦ ἡ φρόνησις* 62 sq. 'puerorum—offert' **T**: Io. Victoriens. 4, 1 p. 360 B. **S**: Plat. Theaet. p. 146 A: *ὁ δὲ ἁμαρτὼν καὶ ὃς ἂν ἀεὶ ἁμαρτάνῃ, καθεδεῖται, ὥσπερ φασὶν οἱ παῖδες οἱ σφαιρίζοντες, ὄνος. ὃς δ' ἂν περιγένηται ἀναμάρτητος, βασιλεύσει ἡμῶν καὶ ἐπιτάξει ὅ τι ἂν βούληται ἀποκρίνεσθαι* **64** Curiis et . . . Camillis] **S**: Lucan. VI 786 sq. VII 358. Mart. I 24, 3. VIIII 27, 6. Sil. It. XIII 722 sq. Verg. cul. 362. 367 **65** sq. **68—70** **T**: floril. Nostrad. **67** cf. Arnob. IIII 9 R.: quis ad extremum deam Pecuniam esse credat, quam velut maximum numen uestrae indicant litterae donare anulos aureos, loca in ludis atque in spectaculis priora e. q. s. || cf. epist. I 6, 37 **68** **S**: Sen. epist. 16, 5: haec (sc. philosophia) adhortabitur, ut deo libenter pareamus, ut fortunae contumaciter resistamus || Ou. trist. V 8, 7 sq.: nec metuis dubio Fortunae stantis in orbe numen et exosae uerba superba deae? || ceterum Epicureum est *τὸ τύχῃ ἀντιτάττεσθαι,* Diog. Laert. X 120 **69** **S**: Sen. de uita beata 4: (beatam uitam dicit) liberum animum et erectum et interritum ac stabilem, extra metum, extra cupiditatem positum. **72—80** **T**: floril. Nostrad. **73** sqq. 'Luciliana sunt haec' Porph.; cf. Lucil. 988 sq. Marx: quid sibi uolt, quare fit ut introuorsus et ad te spectent atque ferant vestigia se omnia prorsus? **S**: Sen. de otio 1: nec uiam bonam

---

*Ω = A E F (φ ψ) M R γ δ' (δ d) λ' (λ l) ν π σ g m v* **62** puerorum est *Ω Ioann. Victor.* puerorum *om.* est *S Reginens. flor. Nostr.* **63** nenia *Ω* que *g* **64** currus *M a. ras.* et *om. g* decanta *δ'* **65** Hisne *γ* suades *γ* uadet *M*1 rem tibi facias rem *F* **66** recte *om. ψ*1 quocunque *E m v* quocuque *M* **67** pripius *R*1 lacrumosa *R*1 lacrimosa *R*2 *cett. cf. Epileg.* puppi *A corr. R*2 *γ ψ*2 pupi *cett. Pseudacr. gloss. Γ cons. tituli lapidum* **68** fortune *δ*1 *ut uid. λ* tu *λ*1 tę *φ* te *cett. schol. Γ* superbe *d g flor. Nostr.* **69** rectum *R*1 presens *A R*1 *δ ν σ m v* ortatur *A γ* aptat *A E F M R*1 *γ δ' λ' ν π σ v flor. Nostr.* optat *Mauortius ut uid. R*2 *g l pr. m cum Bruxell. et Reginensi cf. uar. lect. epist.* I 6, 55 () **71** porticipicibus *δ'*1 iudicis *E M*1 *σ*1 iuditiis *φ* iudicii *R* isdem *A E corr. F M δ' λ' ν π corr. σ g v* ~~isdem~~ *R* isdem *m* idem *E a. corr. γ π pr.; in γ superscr.* ꝑ isdē **72** Ne *E v* aut *A E M γ δ σ g cum L β b flor. Nostr.* ac *F λ' v y* et *R ν π d m* sequar///fugiam *δ* quae *E F M γ δ' σ g m v* que *A λ' ν flor. Nostr.* quem *R π* **73** uolpes *F λ' π*2 *cum L r* uulpes *R π*1 *cett.* agroto *A* egroto *M λ' ν σ g m v*

respondit, referam: 'quia me uestigia terrent,
omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.'
belua multorum es capitum: nam quid sequar aut quem?
  pars hominum gestit conducere publica; sunt qui
frustis et pomis uiduas uenentur auaras
excipiantque senes, quos in uiuaria mittant;
multis occulto crescit res faenore. uerum
esto aliis alios rebus studiisque teneri:
idem eadem possunt horam durare probantes?
'nullus in orbe sinus Bais praelucet amoenis'
si dixit diues, lacus et mare sentit amorem
festinantis eri; cui si uitiosa libido
fecerit auspicium, 'cras ferramenta Teanum

---

ac malam per se aestimamus, sed turba u e s t i g i o r u m, in quibus n u l l a sunt redeuntium || Esopus nr. 83 apud Hervieux fabul. II 556 sq.: q u i a u e s t i g i a t e r r e n t m e o m n i a i n t u s s p e c t a n t i a e t n u l l a r e t r o r s u m **73 T**: Quintiliani codices instit. V 11, 20: et Horatius ne in poemate quidem humilem generis huius usum putauit in illis uersibus: 'quod dixit uolpes aegroto catta (leg. cauta) leoni' **S**: Lucil. 980 sq. Marx: l e o n e m a e g r o t u m e t l a s s u m **76** 'belua—capitum' **T**: schol. $\Gamma$ V ad u. 90 **S**: Plat. de rep. VIIII 12 p. 588 C: *τὸν ἔρωτα* dixit *πολυκέφαλον ὥς τὸν δῆμον* **79 S**: Iuu. 3, 308: sic inde huc omnes tamquam ad u i u a r i a currunt **80 S**: Antiphanes in anth. Pal. VIIII 409, 4: *λαθροπόδας . . τόκους* **82—100 T**: f l o r i l. N o s t r a d. **83 S**: Iuu. 3, 4 sq.: ianua B a i a r u m est et gratum litus a m o e n i secessus || Stat. s. IIII 7, 18 sq.: non tamen portu retinent a m o e n o desides B a i a e || Symmach. epist. I 5, 1: licet Campaniae a m o e n a p r a e n i t e a n t **85 S**: Auson. epigr. 67, 2 Sch.: repperit obscenas ueneres u i t i o s a l i b i d o **85 sq. T**: schol. Claud. in Rufin. p. 88 (saec. VI) ed. C. A. Pret in revue de philol. VIII p. 85: nam si u i t i o s a l i b i d o f e c e r i t a u s p i c i u m; cf. Auson. epigr. 71, 2: 'repperit obscenas ueneres u i t i o s a l i b i d o'

---

*Ω = A E F (φ ψ) M R γ δ′ (δ d) λ′ (λ l) ν π σ g m v* **74** me *om. M*1 τ̄rent *ψ* **75** spectancia *λ* **76** quem *A E M R*1 *γ σ g l*2 *m v flor. Nostr.* quae *F l*1 *R*2 *δ′ ν π* uẽ q; *λ* **77** Par *A* **78** Fruistis *δ′*1 Erustis *(teste Wölfflino) superscr. ab altera m.*: vel frustis *σ* Crustis *σ*1 *x Petropolit.* Frustis *cett. σ*2 *uar. flor. Nostr. gloss. Γ interpr.:* 's. carnis uel piscis' *Vatic.* 3316: 'frustris (*sic*)] par-ticulis ciborum' (i) poms *λ* **79** Excipiunt *φ a. corr.* uinaria *δ*1 *σ*1 *g R* mitant *δ′*1 mutant *σ*1 *g flor. Nostr.* **80** faenore *A R ν* foenore *E M δ′ σ* foenere *γ* fenore *F λ′ ν π m v flor. Nostr.* uenere *g* **81** alios aliis *v* aliis] ta//us (ve) *φ* studiis teneri *F* **82** I//dē *E* hora *l p. ras. v p. ras.* horam *cett. Pph. gloss. Γ flor. Nostr.* **83** urbe *F*1 *δ′ π corr.* baiis *F ν l v cons. R* bai//is *λ* bais *cett.* prælii & *A* prelucet *R γ σ* amenis *M g m* amęnis *ν σ* amoenis *cett.* **84** locus *A a. corr.* **85** eri *A M R γ δ ν π g* heri *F λ′ m v* ⊢eri *E σ d* cuius uitiosa *γ* uiciosa *M λ ν σ g* **86** Fęcerit *γ* auspitium *E γ l m* aut spiciū *A* feramenta *M R* teaṇnum *λ* teanam *v*

tolletis, fabri!' — lectus genialis in aula est:
nil ait esse prius, melius nil caelibe uita;
si non est, iurat bene solis esse maritis.
quo teneam uoltus mutantem Protea nodo? —
quid pauper? — ride: mutat cenacula, lectos,
balnea, tonsores, conducto nauigio aeque
nauseat ac locuples, quem ducit priua triremis.
  si curatus inaequali tonsore capillos
occurri, rides; si forte subucula pexae
trita subest tunicae, uel si toga dissidet impar,
rides: quid, mea cum pugnat sententia secum,
quod petiit spernit, repetit quod nuper omisit,
aestuat et uitae disconuenit ordine toto,

---

87 **T**: glossar. Mai class. auct. VIII 260: genialis lectus, ubi sponsus et sponsa cubant 88 **S**: Auson. ecl. 2, 6 p. 87 P.: c a e l i b e u i t a (in clausul. hex.) 90 cf. Pseudacr. ad h. u.: ex fabula Virgilii (g. IIII 387—414) facit prouerbium, qui narrat Proteum uatem Neptuni in mille formas mutari 93 'nauseat—prima triremis' **T**: gloss. Mai tribus locis [classic. auct. VIII 381. 494. 508] 94—97: 'si—rides' **T**: [Rufinianus] de schematis lexeos § 18 p. 52 Halm 95—97 **S**: Mart. II 58, 1: p e x a t u s pulchre r i d e s mea, Zoile, t r i t a ‖ Iuu. 3, 148 sq.: si foeda et scissa lacerna, si t o g a s o r d i d u l a est 95 sq. 'si—tunicae' **T**: glossar. Mai class. auct. VIII 525 **S**: Hieronymus adu. Iouinianum II 21: tunc p e x a t u n i c a et nigra s u b u c u l a uestiebaris 96 **S**: Quintil. inst. XI 3, 141: supra quod ora ex t o g a duplex aequaliter s e d e a t 97 **S**: Ou. met. XV 27: p u g n a t q u e diu s e n t e n t i a s e c u m 98 **S**: Sen. de otio 1, 2: fluctuamus aliudque ex alio comprehendimus: p e t i t a relinquimus, relicta r e p e t i m u s 99 sq. **T**: Hieronymus comment. in Ecclesiasten c. 3: 'diruit—rotundis. aestuat—toto' 99 **S**: Quintil. inst. X 7, 33: sic anceps inter utrumque animus a e s t u a t

---

*Ω = A E F (φ ψ) M R γ δ' (δ d) λ' (λ l) ν π σ g m v* 87 fabri///; ///lectus *R* inalila *M a. ras.* 88 Nila//it *E* nihil *R*1 caelibe *E F δ' σ l* celibe *A M R γ λ ν π m v* celeba *g* 90 prothea ·*λ σ g m* uoltus *F λ'* uultus *cett.* 91 Quod *δ'* rides *ν* motat *E* cenacula *A E M λ π σ g v* caenacula *cett.* 92 nauio *R* aequae *A M* eque *g* 93 ≟ac *F* lucuples *m pr.* an *glossar. Mai p.* 494 *et* 580 quæ̣ *l* quē̜ *m* priua] prima *glossar. Mai tribus locis et flor. Nostr.* 94 Sic *Pph.* curatus *Ω Pph. Rufinianus flor. Nostr.* curtatus *y (Reginens.*2 *Zulichem. a. ras.)* 'tonsus' *interpr. gloss. Γ cf. Petron.* 107 ( ) inequali *λ* tensore *E* 95 Occurri *F M R δ' λ' ν*1 *aut pr. π σ g v Rufinianus* Ocurri *E γ* Occuri *flor. Nostr.* Occurrit *v*2 Occurit *A* Occurro *ν corr. aut* 2 *m* redes *R*1 subulula *λ pr.* subuca *A* pe̜xae *φ* 96 Trito *E*1 *aut pr.* dissip& *δ*1; *recte δ*2 *d*
d
inpar *E ν m* impar *cett. Rufinianus flor. Nostr.* 97 quod *E*2 qui *A*
v
conpugnat *λ* sentencia *λ g* mecum *R δ'*1 *ν g m* secum *cett. ν uar. flor. Nostr.*
i i
98 petit *A* petit *R* 99 Estuat *γ σ g*

diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis?
insanire putas sollemnia me neque rides
nec medici credis nec curatoris egere
a praetore dati, rerum tutela mearum
cum sis et praue sectum stomacheris ob unguem
de te pendentis, te respicientis amici.
  ad summam: sapiens uno minor est Ioue, diues,
liber, honoratus, pulcher, rex denique regum,
praecipue sanus, nisi cum pituita *molestast.

---

**100 S**: Cic. de fin. II 12, 36: quid iudicant sensus? . . . quadratum, rotundum **102 S**: Iuu. 14, 288: 'curatoris eget, qui nauem mercibus implet'. **103 S**: Ou. trist. V 14, 15: rerum . . . tutela mearum || Iuu. 14, 112: rerum tutela suarum || Val. Flacc. V 643 'est amor et rerum cunctis tutela suarum' || Mart. V, 1, 7: rerum felix tutela || Apul. met. VI 2: tu uero rerum mearum tutelam nunc geris **106—108 T**: floril. Nostr. **106 S**: Ou. met. XV 858 (de Augusto): sic et Saturnus minor est Ioue || Sen. epist. 31, 2: ad summam sapiens eris, si . . . || Iuu. 3, 79 in summa, non Maurus erat || Sen. de constant. sap. 8: sapiens . . . uicinus proximusque diis consistit, excepta mortalitate similis deo || idem epist. 73: Iuppiter quo antecedit uirum bonum? diutius bonus est. sapiens nihilo se minoris aestimat, quod uirtutes eius spatio breuiore clauduntur e. q. s. **107 S**: Cic de fin. III 22, 75: recte etiam pulcher appellabitur; animi enim lineamenta sunt pulchriora quam corporis || Lucian. Hermot. 16: *μόνος βασιλεύς, μόνος πλούσιος* (u. 106), *μόνος σοφὸς καὶ συνόλως ἅπαντα* || Lucil. 1225 sq. Marx: nondum etiam hic haec omnia habebit: formonsus, diues, liber, rex solus ut extet (al. uocetur) || Varro sat. Menipp. 245 B.: solus rex, solus rhetor, solus formonsus, fortis e. q. s. || Iuu. 7, 190 sq.: felix et pulcher et acer, felix et sapiens et nobilis et generosus || Plut. de adul. et am. c. 16 p. 58 E.: *εἶτα τῶν μὲν Στωικῶν οὐδὲ ἀκούειν ἔνιοι ὑπομένουσι τὸν σοφὸν ὁμοῦ πλούσιον, καλόν, εὐγενῆ, βασιλέα προσαγορευόντων*

---

*Ω = A E F (φ ψ) M R γ δ' (δ d) λ' (λ l) ν π σ g m v* **100** edificat *γ* motat *E* muttat *λ* quodrata *R1* rutundis *A E R1* **101** Insamre *R a. ras.* putas *A E M γ δ' π2 σ g l m v Pph. Pseudacr. gloss. Γ* putas/// *R* putat *F λ1 aut pr. v pr. aut1 v uar.* sollemnia *E R γ v g Pph.* solemnia *A δ' π v* sollempnia *F M λ' σ m* **102** nec] ne *m* aegere *δ'* *INDE A V.* 103—I 18, 46 *DEFICIT COD. d cuius in supplementum adhibuimus cod. z* *Ω = A E F M R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* **103** pretore *R γ δ' σ m v* dato *δ1* **104** prauae *A R δ* sectum *om. δ pr.* sedcum *R a. ras.* seecum *R p. ras.* sertum *g* sed tū *A* stomacharis *m* **105** De te] Bete *M* **106** Adsumas *δ1* Adsumma// *z1* sapiens *δ* dines *M1* **107** diniq; *E* **108** Precipue *A δ' λ' ψ m v* saniis *δ1* cum pituita] cupit uita *M1* molest*a z (a in ras.)* est *om. q* molesta est *Ω*

## II.

Troiani belli scriptorem, Maxime Lolli,
dum tu declamas Romae, Praeneste relegi:
qui, quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
planius ac melius Chrysippo et Crantore dicit.
cur ita crediderim, nisi quid te distinet, audi.
 fabula, qua Paridis propter narratur amorem
Graecia barbariae lento conlisa duello,
stultorum regum et populorum continet aestus.
Antenor censet belli praecidere causam:
quid Paris? ut saluos regnet uiuatque beatus,
cogi posse negat. Nestor componere litis

I. 2. 1—4 **S**: Xenoph. sympos. 4, 6: *Ὅμηρος ὁ σοφώτατος πεποίηκε σχεδὸν περὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων* 1 **S**: Auson. perioch. 1 in Iliadem: si Homerum scriptorem Troici belli eatenus, qua Iliadem suam incipit quaque finit, percenseamus ‖ Ou. ex P. II 8, 2: Maxime Cotta 2 'dum tu declamas Romae' **T**: Porphyr. ad u. 64 3 sq. **T**: Ioannes Victoriensis 5, 3 p. 393 B.: sicut Oratius de Homero dicit: qui — dicit 3 **S**: Aristot. ethic. Nicom. II 3, 7 p. 17 D.: *τριῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις καὶ τριῶν τῶν εἰς τὰς φυγάς, καλοῦ, συμφέροντος, ἡδέος, καὶ τριῶν τῶν ἐναντίων, αἰσχροῦ, βλαβεροῦ, λυπηροῦ* ‖ Auson. ecl. 3, 16 p. 91 P.: quid gestum in tempore, quid non? 5 **S**: Apoll. Sidon. carm. II 357: quem cur nimis oderit, audi ‖ Calpurn. ecl. 4, 50: nisi forte tuas melior sonus auocat (al. aduocet) aures 7 **S**: Cypr. Gall. Iesu N. 483: cupiunt conlidere bello 9 sq. ex Hom. Il. VII 348 sqq. 9 **S**: Ter. hecyr. IIII 2, 22: omnis causas praecidere omnibus 11 **S**: Verg. ecl. 3, 108: componere lites

I. 2. *Ω = A E F M R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* AD LOLLIVM *E F δ λ' π σ m* AD LOLIVM *γ* AD LOLLIVM MAXIMVM *v inscriptione carent A M R ν g z* 1 sciptorem *A* scriptore *R*1 loldi *E* lolli *cett. Pph.* 2 rome *σ g m* preneste *m* 3 Quicquid *A σ a. ras.* qd ... qđ ... qđ *M* q (= qui) non *E* 4 Planius *A E M γ δ*2 *uar. σ g m gloss. Γ* 'planius uel plenius' *Pseudacr.* (*Vat.* 3316) Plenius *R γ*2 *uar. λ ν π φ v z* Plęnius *ψ l* Pplenius *δ* () crhrysippo *R*1 crhysippo *R*2 chrisippo *F M δ λ' g m z* crysippo *π* crisippo *v*
i
crispino *σ* cratore *γ g m* cantore *σ*1 5 credderim *M* distinet *E*1 *ut vid. δ*1 *λ π ψ corr. l p. ras. v uar. z*2 distenet *F δ*2 destinet *A a. corr. E*1 *(?) R γ l a. ras. z*1 destinet *ν* detinet *A corr. E p. ras. M σ g m v* 6 paris *E*1 *R*1 7 Grecia
a
*M δ λ g m v* Gretia *z* Grętia *ψ l* barbariae *A E M R δ*2 *π σ z* brbariæ *ν* barbarę *δ*1 barbarie *F γ λ' g v* barbarice *m* conlisa *A*1 *F R δ' λ π schol. γ* collisa *A*2 *E M γ ν σ g m v* 8 regum *δ* aestus *A E γ δ*2 *σ* estus *M g Vatic. 3316* aestum *F R λ' π v z* estum *δ*1 *m*; *ν euanuit* () 9 belli censet *E* precidere *A ν σ v z* praecedere *R*1 10 Quid *A E pr. (?) M R γ δ*2 *π σ g m v* Quod *E corr. F δ*1 *λ' ν v uar. z* ut] aut *g pr.* saluus *Ω schol. Γ* () uiu&q, *F* 11 Nestor] neestor *E* mnestor *g* ne forte *A* componere] conponere *λ ν* litis *R π* lites *cett.*

inter Peliden festinat et inter Atriden:
hunc amor, ira quidem communiter urit utrumque.
quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.
seditione, dolis, scelere atque libidine et ira
Iliacos intra muros peccatur et extra.
  rursus, quid uirtus et quid sapientia possit,
utile proposuit nobis exemplar Vlixen,
qui domitor Troiae multorum prouidus urbes
et mores hominum inspexit, latumque per aequor,
dum sibi, dum sociis reditum parat. aspera multa
pertulit, aduersis rerum inmersabilis undis.
Sirenum uoces et Circae pocula nosti:
quae si cum sociis stultus cupidusque bibisset,
sub domina meretrice fuisset turpis et excors,

---

13 **S**: Ou. am. III 1, 20: hic, hic est, quem ferus urit amor 14 **T**: floril. Nostrad. **S**: Phaedr. I 30, 1 R.: humiles laborant, ubi potentes dissident || Hesiod. op. et dies 260—262 Rz.: *ὄφρ' ἀποτείσῃ δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων, οἳ λυγρὰ νοεῦντες ἄλλῃ παρκλίνωσι δίκας σκολιῶς ἐνέποντες* 15 sq. **S**: M. Aurel. 8, 15. 12, 16 16 'Yliacos—extra' **T**: Ioannes Victoriensis 5, 1 p. 383 B. **S**: Ennius ann. lib. XVII (421 sq. M.): occumbunt multi letum ferroque lapique aut intra muros aut extra praecipe casu 19 sq. ex Hom. Od. I 2 sq.: *ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε, πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδε ἄστεα καὶ νόον ἔγνω* 20 **S**: Ter. ad. III 3, 60—62 (414 sqq. Fl.): denique inspicere tamquam in speculum in uitas omnium iubeo || Hom. Il. VI 291 et VIIII 72: *εὐρέα πόντον* || Il. II 159: *εὐρέα νῶτα θαλάσσης* || Od. IIII 435: *θαλάσσης εὐρέα κόλπον* || Theocr. id. 22, 15: *εὐρεῖα θάλασσα* || Apollon. Rhod. I 631: *πλατὺν πόντον* 21 **S**: Hom. Od. I 5: *ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν καὶ νόστον ἑταίρων* 21 sq. Hom. Od. I 4: *πολλὰ δ' ὅ γ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν* 23 'Sirenum—nouit' **T**: Valerius epist. ad Rufinum 'ne ducat uxorem' post opera Hieronymi edit. Paris. 1705 II 337: 'sed qui Sirenum uoces et Circae pocula nouit' Sirenum uoces] cf. Hom. Od. XII 39 sqq. || Circae pocula] Hom. Od. X 136 sqq. Tibull. Ouid. Symmach. (ep. I 47) alii; cf. Otto, Sprichw. p. 84 25 **T**: Seruius ad Aen. VII 19 et glossar. Mai class. auct. VIII 102 **S**: Hom. Od. X 301 de Circe: *μή σ' ἀπογυμνωθέντα κακὸν καὶ ἀνήνορα θήῃ*

---

*Ω = A E F M R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* 12 peliden *E F M γ δ' λ' ν π* pelliden *A* pelidem *R σ g m v* festinet *M δ1 l pr. y* atridem *R a. corr. λ ν σ g v* atriden *cett.* 13 Hunc *A E M2 R γ2 superscr. δ'2 ν σ g l2 m v gloss. Γ* Huc *M1* Nunc *F γ δ'1 λ' π* ūtq; *M* 14 Quidquid *A R pr.* Quitquid *g* Quicquid *cett. flor. Nostr.* 15 Sedicione *M λ g* scelere] slre *R1 aut pr.* libine *A* 17 qđ ... qđ *M* sapiencia *λ g* poss& *E* 18 ulixen *A M R p. ras. γ δ' ν σ l m* ullixen *R pr.* ulyxen *F π* ulixem *E g v* ulyxem *λ* 19 domi[na]tor *F λ* troiae *R* 21 sotiis *A M z* 22 Ꝑculit *E* aduersus *E uar. λ a. ras. g pr.* et uersis *γ* inmersabilis] imm: *σ* īm: *g* 23 circe *M ν g* circęs *v* (s *add. recent. m.*) circae *cett. Symmachus* circes *u uar. Petropol. s2 Zulichem. Valerius ad Rufinum* 24 Que *λ* sotiis *A M* 25 meritrice *M*

uixisset canis inmundus uel amica luto sus.
  nos numerus sumus et fruges consumere nati,
sponsi Penelopae nebulones Alcinoique
in cute curanda plus aequo operata iuuentus,
cui pulchrum fuit in medios dormire dies et
ad strepitum citharae cessatum ducere curam.
  ut iugulent hominem, surgunt de nocte latrones:
ut te ipsum serues, non expergisceris? atqui
si noles sanus, curres hydropicus; et ni

---

26 'et amica luto sus' **T**: Seruius ad Verg. georg. I 400 (cod. Augiens. CLXXXVI). idem ad Aen. VIII 83. Isidor. orig. XII 1, 25 **S**: Lactant. inst. III 8, 9: obscenus canis aut sus ille lutulentus || idem instit. epit. c. 36: satius omnino non esse, quam post hominis formam suem uel canem uiuere? || Sedul. pasch. carm. III 81 sq.: sed pecus immunda gaudens lue, semper amicum sordibus || Petri epist. II 2, 22: κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα καὶ ὗς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου || 'sus lutosa' etiam anthol. Lat. ed. Burm. II p. 562  **27—70** 'nos—diu' **T**: floril. Nostrad.  **27 sq. T**: Priscian. inst. VI 17, 88. VII 4, 12  **27** numerus] ex Graeco ἀριθμός uid. Eurip. Her. 927 N. Aristoph. nub. 1203 alibi 'fruges—nati' **T**: schol. *Γa* b E ad epist. I 4, 16  **28 sq.** 'nebulones—aequo op. i.' **T**: Porph. ad epist. I 25, 24 Hold. **S**: Auson. epist. 9, 13—15 Sch.: nam mihi non saliare epulum, non cena dapalis, qualem Penelopae nebulonum mensa procorum Alcinoique habuit nitidae cutis uncta iuventus || cf. etiam Gell. XVIIII 9, 8.  **29 S**: Iuu. 2, 105: et curare cutem  **30** sq. cf. Hom. Od. VIII 248 sq.  **31 S**: Verg. Aen. IIII 560: ducere somnos (in clausul.) || cf. Stat. s. V 3, 292  **32 T**: Seru. ad ge. I 287 (cod. Augiens. CLXXXVI Hold.) **S**: Ou. am. III 8, 21: quotiens hominem iugulauerit (ubi clausula 'nocte latrones') || inscr. pariet. Pompei. CIL IV 1902 (= carm. epigr. no. 43 Büch.): de nocte multa cum surrexit ⟨Meuius⟩  **34 S**: Cels. III 21: (hydropicis) multum ambulandum, currendum aliquid  **34 sq.** cf. Prudent. cathem. I 9: post solis ortum fulgidi suum est cubile spernere, ni parte noctis addita tempus labori adieceris.

---

*Ω = AEFMRγδ' (δz) λ' (λl) vπσgmv*  *u.* **26** *om. v pr.* inmundus] immundus *δ l*  immundus *R* īmundus *g*  lutosus *R M l z*  **27** numeros *R*1 consūmere *F g l*  **28** Sposi *g*  penolopae *R*  penelope *E π g m z*  penelopes *v* penelopae *cett. Ausonius*  penelopes *w flor. Nostr.* ( )  **29** equo *λ g*  operata *δ* operosa *Petropol.*2  **30** Qui *δ*1  pulcrum *π*  **31** Ad estrepitum *γ*  Astrepitum *φ*  cathare *R*1  chithare *M*  chythare *λ' φ*  chyttarę *ψ*  cytharę *z* citharae *R*2 *cett.*  curam *A E uar. ab ead. m. ut uid. F M R γ δ' λ' v π σ g uar. m v Pseudacr.* (*Vatic.* 3316) *flor. Nostr.*  somnum *E δ*2 *uar. π uar. g z*2 *cum S*2 *uar.* melius curā
curā *(sic) b* ( ) *uu.* 32 *sq. inuerso ordine exhibent b c h*  **32** hominem *A E F M R δ' λ' v π g m*2 *v*  homines *A corr. γ σ m*1 *Seruius flor. Nostr.* ( )  surgunt] uigilant *Seruius*  **33** seruies *R a. ras.*  serueNT *E pr.*  atqui *A E M γ δ*2 *σ g m v*2 *z uar.*  atq/// (i) *π*  atque *F R δ*1 *λ' v z flor. Nostr.*  atquin *v*1  **34** noles *A E F M R γ δ' v π σ z*  nolis *λ' g m v flor. Nostr.* ( )  curres *A E*1 *M R γ δ*2 *v*1 *π σ g m Pseudacr.*  cures *E p. ras. F δ*1 *λ' v*2 *v z flor. Nostr.*  hidropicus *δ σ*  ydropicus *v π v*  idropicus *M*

posces ante diem librum cum lumine, si non
intendes animum studiis et rebus honestis,
inuidia uel amore uigil torquebere. nam cur,
quae laedunt oculum, festinas demere: siquid
est animum, differs curandi tempus in annum?
dimidium facti qui coepit, habet: sapere aude;
incipe! uiuendi qui recte prorogat horam,
rusticus expectat, dum defluat amnis: at ille
labitur et labetur in omne uolubilis aeuom.
quaeritur argentum puerisque beata creandis
uxor, et incultae pacantur uomere siluae:

---

36 'intendant—honestis' **T**: Io. Victoriens. 6, 11 p. 446 B. **S**: Ennodius CV 3 p. 124: studiis . . . honestis || Iuu. 6, 444: rebus honestis (in clausul.) **37—39 S**: Ou. rem. am. 229 sqq.: ut corpus redimas, ferrum patieris et ignis, arida nec sitiens ora leuabis aqua: ut ualeas animo, quicquam tolerare negabis? || Sen. epist. 53, 9: si aeger esses.... toto animo id ageres, ut quam primum morbo liberareris. quid ergo? non et nunc idem facias? **37** amore vigil t.] **S**: Theocr. 10, 10: *οὐδαμά νυν συνέβα τοι ἀγρυπνῆσαι δι' ἔρωτα* **39** est animum] **S**: Hom. Il. XXIIII 129: *σὴν ἔδεαι κραδίην* || VI 202: *ὃν θυμὸν κατέδων* **40** sq. **S**: Auson. epigr. 84, 1 Sch.: incipe! dimidium facti est coepisse || Plat. legg. VI p. 753 E: *ἀρχὴ γὰρ λέγεται μὲν ἥμισυ παντὸς ἐν ταῖς παροιμίαις ἔργου* || Sen. epist. 34, 3: principia totius operis dimidium occupare dicuntur || Hieron. comm. in Zachar. II 6: dimidium facti qui bene coepit habet || cf. Lucian. somn. 3. Hermot. 3 **T**: 'sapere aude' praemiss.: 'et quod ait Horatius' Augustinus de quantit. animae **41 S**: Aeschyl. Prom. 999 sq.: *τόλμησον φρονεῖν* || 'incipe!'] cf. Prop. III 5. Mart. II 64, 5. || Auson. edyll. XII 5: Incipe! quicquid agas: pro toto est prima operis pars **42 S**: Iuu. 14, 25 sq.: rusticus expectas, ut non sit adultera Largae filia **43 S**: Ou. am. I 8, 49: labitur occulte fallitque uolubilis aetas. || idem metam. XV 179 sqq.: ipsa quoque adsiduo labuntur tempora motu, non secus ac flumen; neque enim consistere flumen nec leuis hora potest e. q. s. || similiter etiam met. X 519 **44** sq. **S**: Sen. controu. I 6, 7: inpotens (al. insolens) malum est beata uxor **45 S**: Germanicus in Arati phaen. p. 96 (ed. 1589): fructusque dabat pacata colono sponte sua tellus

---

*Ω = AEFMRγδ' (δz) λ' (λl) νπσgmv* **35** limine (v suprascr.) *M* **36** Intendens *Rνπ a. ras.* Intendas *π2 flor. Nostr.* **38** Que *Mλg* ledunt *EFMδ1λπgmvz* ledunt *Rν2* ludunt *ν1* oculos *Aγδ2λ corr. σ1 gv flor. Nostr.* occulos *M* () siquod *Fλ'νπ2* si quod *mv* **39** difers *A* **40** cepit *δ1gmz* sapere *λ* **41** qui recte uiuendi *E σ corr. g cum Pph.* uiuendi qui recte *cett. et σ1* uiuendi recte qui *y flor. Nostr.; uid. Epileg. ad hunc uersum et p. 890* **42** expectat *δ* defluat] fluat *A pr. σ pr.* amnis] ātnis *φ* annis (m suprascr.) *z* annus *R a. ras. ut uid.* illi *E* **43** inuolubilis ōme *γ* aeuum *Ω* **44** Queritur *γδ'λgm* **45** Uxori *z* inculte *λz* pa///cantur *R* sylue̜ *M*

quod satis est cui contingit, nil amplius optet.
non domus et fundus, non aeris aceruos et auri
aegroto domini deduxit corpore febris,
non animo curas: ualeat possessor oportet,
si comportatis rebus bene cogitat uti.
qui cupit aut metuit, iuuat illum sic domus et res,
ut lippum pictae tabulae, fomenta podagram,
auriculas citharae collecta sorde dolentis.
*sincerumst nisi uas, quodcumque infundis, acescit.

---

**46 T**: schol. $\gamma$ ad carm. III 16, 43 sq.: 'bene est—manu' **S**: Lucr. II 1149: 'quod satis est' in uersus exordio || cf. Ou. fast. I 33. Paul. Nol. V 60 || Sen. epist. 108, 11: quod uolt, habet qui uelle, quod satis est, potest **47 sqq. S**: Varro sat. Menipp. p. 103 R.: non fit thensauris, non auro pectu' solutum, non demunt animis curas ac relligiones Persarum montes, non atria diuiti' Crassi || Lucr. II 34 sqq.: nec calidae citius decedunt corpore febres, textilibus si in picturis ostroque rubenti iacteris quam si in plebeia ueste cubandumst; quapropter quoniam nil nostro in corpore gazae proficiunt e. q. s. || Tib. III 3, 21: non opibus mentes hominum curaeque leuantur **51 S**: anthol. Lat. 489, 33: cupit metuitque || cf. 804, 12 **53** 'collecta sorde dolentis' **T**: Probi appendix p. 195 K. **54 T**: floril. Paris. 8818ª. gloss. Mai class. auct. VIII 15 **54—61** cf. Cassian. collat. XIIII 2 p. 417: nemo enim in uas faetidum atque corruptum unguentum aliquod nobile . . . aut pretiosi quicquam liquoris infundit. facilius enim quamuis odoratissimam myram semel horrendis imbuta faetoribus testa contaminat, quam ut aliquid ex eo suauitatis aut gratiae ipsa concipiat. **S**: Lucret. VI 17. 18. 22. 23 B.: intellegit ibi uitium uas efficere ipsum omniaque illius uitio corrumpier . . . taetro quasi con-

---

*Ω* = *A E F M R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* **46** contigit *δ λ R2* con(n)tigit *R1* contingit *cett. flor. Nostr.* ( ) nihil *A M R γ δ' ν π m z* ( ) nichil *g flor. Nostr.* nil *E F λ' σ v* optes *A* opte et *γ* *uu.* 47—49 *om. ν1* **47** eris *A λ* accruus *Ω flor. Nostr.* **48** dedux̄ *δ* deduxit *cett. gloss. Γ flor. Nostr. pr.* deducit *y cum flor. Nostr. corr.* deducet *v2 uar. y* febris *R π1 cum Reginens.1* febres *A2 E1 F λ' ν2 g m v z* febrem *A E2 M γ δ2 σ flor. Nostr.* **49** possessor *A* **50** conportatis *F R2 γ δ' λ ν σ flor. Nostr.* conpartatis *R1* comportatis *cett.* **51** aut] au(t) *δ* ac *v y* et] aut (ł aut) *A superscr. flor. Nostr.* //et *δ* et *cett.* **52** lyppū *F λ'* picte tabule *λ g flor. Nostr.* pictae tabulae *cett. cons. Pph.* pictae *in marg. σ* fomenta *Ω Porph. flor. Nostr.* podagra *M* podagram (v) *R* podagram *cett. Pph. flor. Nostr.* podagrum *y Pottieri cod.* 10 *et* 1 *apud Oudendorpium ad Appul. met.* V *p.* 339 *Dessauens.* II **53** cytharae *F R δ' λ' π σ* cithare *E g* dolentis *A pr. γ π1 Probus* dolendis *R* dolentes *cett. et A corr. π2 flor. Nostr.* **54** Sincerum est *Ω* Sincerum (*om.* est) *flor. Nostr. Par.* 8818ª *glossar. Mai* infundit *δ* acescit *A E pr. F M δ' λ' ν π pr. σ m v Pseudacr. (cod. b) ad epist.* I 2, 69 *flor. Paris.* 8818ª *glossar. Mai* //acescit *R* acessit *E corr. γ1 ut uid. g pr* acesit *g corr.* //acescit *π a. corr.* acescet *π. corr.* acestit *γ2* ascessit *flor. Nostr.*

sperne uoluptates: nocet empta dolore uoluptas.
semper auarus eget: certum uoto pete finem.
inuidus alterius macrescit rebus opimis:
inuidia Siculi non inuenere tyranni
maius tormentum. qui non moderabitur irae,
infectum uolet esse, dolor quod suaserit et mens,
dum poenas odio per uim festinat inulto.
ira furor breuis est: animum rege; qui nisi paret,

---

spurcare sapore omnia cernebat quaecumque receperat intus || Epictet. ap. Gell. XVII 19, 3 H.: *ἄνθρωπε, ποῦ βάλλεις; σκέψαι, εἰ κεκάθαρται τὸ ἀγγεῖον . . . ἢν σαπῇ, οὖρον ἢ ὄξος γένοιτο, ἢ εἴ τι τούτων χεῖρον* || Augustin. epist. XXXVIII 2 (II p. 65 Goldb.): ita enim inueterascens ira fit odium, dum quasi iusti doloris admixta dulcedo diutius eam in uase detinet, donec totum acescat uasque corrumpat 55 sperne voluptates] **T**: Hieron. adu. Iouin. II c. 12 **S**: Menand. p. 334 Mein.: *φεῦγ' ἡδονὴν φέρουσαν ὕστερον βλάβην* || Manil. V 113: turpisque e m i t u r uel morte u o l u p t a s 56 'semper auarus eget' **T**: Hieronym. comm. in Ecclesiasten c. 5 et in Ies. I 2. Isid. orig. X 9. Columbanus ad Sethum u. 37: semper a. e. summo testante poeta || floril. Paris. 8818[a]; in Aquisgrano palatio u. 67 ed. Dümmler **S**: Sen. Herc. fur. 166 sqq. Auson. edyll. 3, 15: cui nullus finis cupiendi, est nullus habendi . . . nullo fine beatus pauper in auro est || Sen. ep. 15, 12: finem constitue, quem transire ne possis quidem, si velis 57—59 'inuidus—tormentum' **T**: florilegium Paris. 8818[a]; sed hic et in florilegio Nostradam. post versum 57 legitur pentameter: 'et uidet illius prospera cum lacrimis' — eadem reperiuntur apud Vincentium Bellouacensem specul. hist. VII 68 57 **T**: schol. ad Stat. Theb. I 124 **S**: Lucr. III 75 sqq.: macerat inuidia; ante oculos illum esse potentem, illum aspectari, claro qui incedit honore . . . queruntur 58 sq. 'inuidia—tormentum' **T**: schol. Lucan. I 288. **S**: Curtius VIII 12, 18: inuidos homines nihil aliud quam ipsorum esse tormenta || Lactant. inst. VI 4, 20: aliis inspirat inuidiam, ut suis ipsi tormentis occupati nihil aliud cogitent quam eorum, quos oderint, felicitatem || anthol. Lat. 485[b] R.[2]: iustius inuidia nihil est, quae protinus ipsum auctorem rodit excruciatque animum 59 'dolor' et 'ira' iunguntur Tac. ann. I 41. Verg. Aen. VIIII 66 61 hunc uersum omisit floril. Nostrad. **S**: Seneca de ira III 1, 4: cetera uitia impellunt animos, ira praecipitat || Ou. met. V 668: ibimus in poenas et qua uocat ira, sequemur || Arist. eth. Nicom. VII 6 [7] Did.: *ὁ θυμὸς διὰ θερμότητα καὶ ταχύτητα τῆς φύσεως ἀκούσας μέν, οὐκ ἐπίταγμα δ' ἀκούσας ὁ ρ μ ᾷ π ρ ὸ ς τ ὴ ν τ ι μ ω ρ ί α ν* 62 sq. **T**: floril. Paris. 8818[a] 62 **S**: Philemon ed. Mein. p. 417: *μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζώμεθα* || Cato minor ap. Stob. 175, 33: *τὸν ὀργιζόμενον νόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν* || Themistius or. de amic. p. 7 D (3 p. 72): *ἐγὼ δ' οἶμαι τ ὴ ν ὀ ρ γ ὴ ν μ α ν ί α ν ὀ λ ι γ ο χ ρ ό ν ι ο ν εἶναι* || Sen. de ira I 1, 2: quidam ex sapientibus uiris iram dixerunt brevem insaniam || 'animum rege' Chilon ap. Orell. 1 p. 140: *θυμοῦ κράτει* || Periander ibid. p. 186: *ὀργῆς κρατεῖν* || Sen. Phaedr. 255 sq.: moderare, alumne, mentis effrenae impetus; a n i m o s c o e r c e!

---

*Ω = A E F M R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* 55 empta] emta *M om. A pr.* 57 ma*crescit δ ut uid.* macræscit *λ* marcescit *σ1 y flor. Nostr. et Paris.* 8818[a] rebus macrescit *ν u.* 58 *om. δ1* 59 maius] magis *flor. Paris.* 8818[a] irae *A E M R γ δ2 ν σ l2 m v Pph. cod. W gloss. Γ* irę *π2* ire *g flor. Nostr.* iram *A2 F δ1 λ'1 π1 z* aeuum *Pph. cod. U* (euum *Pph. cod. P*) 61 pęnas *σ m* 62 fusor *R a. corr.*

imperat; hunc frenis, hunc tu compesce catena.
fingit equom tenera docilem ceruice magister
ire uiam, qua monstret eques; uenaticus, ex quo
tempore ceruinam pellem latrauit in aula,
militat in siluis catulus. nunc adbibe puro
pectore uerba puer, nunc te melioribus offer:
quo semel est inbuta recens, seruabit odorem

---

63 S: Plaut. trin. 310 R. = II 2, 29: tu si animum uicisti potius, quam animus te, est, quod gaudeas || Ps.-Phocyl. 57 (Bgk): χαλίνου δ' ἄγριον ἄρην (al. ὀργήν) || Greg. Naz. ap. Orell. I p. 402: θυμὸν χαλίνου || Iuu. 8, 88: pone irae frena modumque || Lactant. inst. V 10, 9: qui . . . iram frenare non quiuerit || Ou. her. 20, 85: nec me compesce catenis 64 S: Grattius cyn. 517 sq.: at tota leui Nasamonia uirga fingit equos || in eadem re eodem utitur exemplo Plutarch. de puer. inst. 3, 26: τίνες δ' ἵπποι καλῶς πωλοδαμνηθέντες οὐκ εὐπειθεῖς ἐγένοντο τοῖς ἀναβάταις; 65—67 huc respicit Plutarchus de audit. VI p. 175 R.: οὗτοι μὲν οὖν κατὰ τὸν Ἱερώνυμον ὥσπερ οἱ δειλοὶ καὶ γλίσχροι σκύλακες τὰ δέρματα δάκνοντες οἴκοι καὶ τὰ τίλματα τίλλοντες τῶν θηρίων αὐτῶν οὐχ ἅπτονται 66 sq. ‘ceruinam catulus pellem latrauit in aula’ T: Seruius ad Aen. VII 480 67 sq. S: Cic. de fin. III 2, 9: uideo equidem, inquam, sed tamen iam infici debet iis artibus, quas, si, dum est tener, combiberit, ad maiora uenerit paratior || Stat. silu. V 2, 58 sq.: bibe talia pronis auribus || cf. etiam: Plaut. mil. III 3, 10 [883 R.] (loc. corrupto) adbibere || Enn. ap. Gellium VII 17, 10: ea libertas est qui pectus purum et firmum gestitat || Lucr. V 18: at bene non poterat sine puro pectore uiui 69 sq. ‘quo—diu’ T: Augustinus de ciu. dei I 3. floril. Paris. 8818[a] S: Enn. annal. u. 366 M.: conchyli quom iam semel est imbuta ueneno || Lucan. X 333 sq.: sed non uesana Pothini mens inbuta semel sacra iam caede uacabat || Quintil. inst. I 1, 5: et natura tenacissimi sumus eorum, quae rudibus annis percepimus: ut sapor, quo noua imbuas, durat, nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt || Hieron. epist. 10 ad Paulum: ‘etiamsi aqua plena sit, tamen eundem odorem lagoena seruat, quo, dum rudis esset, imbuta est || idem epist. ad Laetam 107, 4 I B. (Venet. 1769) p. 682: recens testa diu et saporem retinet et odorem, quo primum imbuta est || idem adu. Ruf. I 30: si litteras didicisses, oleret testa ingeniosi tui, quo semel fuisset imbuta 69 T: floril. Paris. 8069 omisso ‘est’ || cf. Pseudacr. ad h. u.: semel pro primum ut Maro (Verg. Aen. XII 208)

---

*Ω = A E F M R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* 63 conpesce *A F M R1 γ λ ν* compesce *R2 cett. flor. Nostr.* catena *A F R γ δ' λ' ν π v* catęna *M* cathena *flor. Nostr.* at enis *E1* catenis *E2 σ2 g m cum S c Zulich.2* cathenis *flor. Paris.* 8818[a] 64 ecum *ν pr. ut uid. Pph.* equm *ν corr. flor. Nostr.* equū *δ ut uid.*, quū *in ras.* haequum *φ* equum *ψ* equum *cett.* 65 Ira *A* Iræ *b a. ras.* qua *E ν1 (?)* *l cum S p. ras. Petrens. c1* quia *R1 ut uid.* quam *cett. flor. Nostr.* monstret *E F M R δ' λ' π* mostret *A* monstrat *ν σ g m v cum S flor. Nostr.* ęquęs *A* 66 Ceruinam pellem latrauit tempore in aulā *γ* pella *φ* p//ellē *ψ* puella *F1 (?)* lacerauit *y* 67 syluis *M* silius *R1 ut uid.* adbibe *A E F γ δ2 λ' ν π m v z* adhibe *M R δ1 aut pr. ut uid. g flor. Nostr.* adibe (b) *σ*( ) 68 Pectorę *A* Pictore *z* 69 Quod *l a. ras.* inbuta *A E F M R1 γ λ π σ z* imbuta *R2 δ2 ν l m v flor. Nostr. et Paris.* īb: *g* imputa *δ1*

testa diu. quodsi cessas aut strenu*o*s anteis,
nec tardum opperior nec praecedentibus insto.

---

## III.

Iuli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Augusti priuignus, scire laboro.
Thracane uos Hebrusque niuali compede uinctus,
an freta uicinas inter currentia turris,
an pingues Asiae campi collesque morantur?
quid studiosa cohors operum struit? hoc quoque curo.
quis sibi res gestas Augusti scribere sumit?

---

70 sq. **S**: Soph. Aiax 1038 sq.: *ὅτῳ δὲ μὴ τάδ' ἐστὶν ἐν γνώμῃ φίλα, κεῖνός τ' ἐκεῖνα στεργέτω, κἀγὼ τάδε* 71 **S**: Diog. Laert. V 20 de Aristotele: *ἐρωτηθείς, πῶς ἂν προκόπτοιεν οἱ μαθηταί, ἔφη· ἐὰν τοὺς προέχοντας διώκοντες τοὺς ὑστεροῦντας μὴ ἀναμένωσιν* || anthol. Lat. 806, 9: 'cedentibus instat' in clausula || cf. Alcim. Auit. V 359: et festinantibus instant.

I. 3. 1 **S**: Verg. Aen. I 331 sq.: quibus orbis in oris (in clausul. hexam.) iactemur, doceas 2 **S**: Pers. 2, 17 (in fine hexam.): quod scire laboro || cf. Catull. 67, 17. Ou. met. X 413. buc. Einsiedl. 2, 11. Boeth. cons. 5, 3—14 3 **S**: Symphos. aenigm. 10, 111 sq.: unda fui quondam . . . nunc rigidi caeli duris conexa catenis || Ou. ex P. I 6, 31: uinctus . . . compede || II 2, 96: undaque uincta gelu || Tib. II 6, 25: compede uinctum || cf. etiam Paul. Nolan. X 311. Prosper de ingrat. 391 et 652. Cyprian. Gall. exod. 493. 4 **S**: Lucan. VIIII 954 sq. H. (de Sesto et Abydo): Threiciasque legit fauces et amore notatum aequor et Heroas lacrimoso littore turres || cf. Catull. 64, 358 5 **S**: campi collesque] cf. Wölfflin, Sitzgsber. d. Münch. Akad. 1881 p. 50 sq. || Priscian. perieg. 796: Asiae per campos 6 sqq. **S**: Auson. epist. 4, 8 Sch.

---

*Ω* = *A E F M R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* **70** strennuus *E M g* **71** operior *A M R1 γ σ g m v* opperior *E* opperior *R2 cett.* nec *A* nec *E* precedentibus *γ ν σ v z*

I. 3. AD IVLIVM FLORVM *E F R γ δ' λ' π σ m v (et f) cons. Pseudacr.; Petropolit. (cons. Sorbon.) add.* SATYRARVM SCRIPTOREM. *inscriptione carent A M ν g* 1 milit*et* *δ* militet *cett.* militat *y* () horis *E λ pr. v*

i n
2 Glaudius *σ* pungus *M* priuigenus *γ* 3 Threca *E* Tracha *F γ λ'* Traca *M σ g l* Thraca *cett.* ebriusq; *E* conpede *A Pph.* compede *cett.* *u. 4 ad marg. A* 4 an] ac *Pph.* uici*nas inter A; nas inter suppleuit A2 abscisso A1; item rres in* turre*s* currencia *λ* turris *M γ1 ν2 g cum S1 a p Pph.* tu*rres A* turres *E F R2 δ2 λ' σ m v z Porph.* terres *δ1* terris *R1*
e
ł turris *b a* e
terras *ν1 m uar.* terras *π* () 5 colles campiq, *σ* morantur *v* mirantur *M* 6 choors *A M ν* coors *γ* operum *om. γ pr.* struat *ν σ2* struit *cett.* 7 augus *A* sumat *ν σ2* sūmit *g λ in ras. cum μ* sumit *cett.*

bella quis et paces longum diffundit in aeuom?
quid Titius, Romana breui uenturus in ora,
Pindarici fontis qui non expalluit haustus,
fastidire lacus et riuos ausus apertos?
ut ualet? ut meminit nostri? fidibusne Latinis
Thebanos aptare modos studet auspice Musa,
an tragica desaeuit et ampullatur in arte?
quid mihi Celsus agit? monitus multumque monendus,
priuatas ut quaerat opes et tangere uitet
scripta, Palatinus quaecumque recepit Apollo,
ne, si forte suas repetitum uenerit olim
grex auium plumas, moueat cornicula risum
furtiuis nudata coloribus. — ipse quid audes?
quae circumuolitas agilis thyma? non tibi paruom
ingenium, non incultum est et turpiter hirtum:

---

8 Ou. a. a. III 657: longum redimendus in aeuum || cf. met. XV 621 et ex P. IIII 8, 7. Prudent. contra Symm. II 167. Cypr. Gall. genes. 422. u. 8 sq. cf. Verg. Aen. IIII 195: passim... uirum diffundit in ora 9 **S**: Propert. III 1, 24: nomen in ora venit || III 9, 32: uenies tu quoque in ora virum || praeiuit Ennius (Cic. Tusc. I 15, 34): uolito uiuos per ora uirum || Auson. Mos. u. 476 Sch.: ibis in ora hominum laetoque fouebere cantu 10 **S**: Lucret. IIII 2 sq.: iuuat integros accedere fontis atque haurire || Prop. II 10, 25: nondum Ascraeos norunt mea carmina fontes || Ou. ex Pont. IIII 2, 47: at tu, cui bibitur felicius Aonius fons 11 **S**: Auson. Mos. 342: fastidisse lacus || Manilius II 10 sq.: amnemque in tenues ausa est deducere riuos unius fecunda bonis 13 'auspice' **T**: Philoxenus, prodrom. gloss. Lat. p. 189 L. 14 **T**: 'tragica—arte' gloss. Mai class. auct. VIII 55 ampullatur] ληκυθίζει, cf. etiam Aristoph. ran. 1208 et Callim. ap. Hephaestionem p. 20. 16—20 'priuatas—coloribus' **T**: Reinerus de ineptiis cuiusdam idiotae 2 [mon. Germ. SS. XX p. 603] 17 **S**: Calpurn. ecl. 4, 158 sq.: nam tibi fas est sacra Palatini penetralia uisere Phoebi 18—20 **T**: floril. Nostr.: quodsi forte—coloribus' cf. Tertull. adu. Valentinianos p. 453 ed. B. Rhen. de graculo Aesopeo 18 sq. **S**: Auianus fab. 5, 3: ne detracta grauem faciant miracula risum 19 'moueat—risum' **T**: Seru. ad Aen. XI 522

---

*Ω* = *A E F M R γ δ′ (δ z) λ′ (λ l) ν π σ g m v* 8 pacis *M σ pr. y* pacem *y* diffu(n)dit *R* diffundat *ν σ2* aeuum *Ω* 9 ticius *A M γ σ g* in//ora *R* 10 Pyndarici *F λ* 'haustu⟨s⟩] num haustu ?' *Pph. Porph.* 11 riuus ausos *M* opertos *σ1* 14 thragica *E* traica *A ν pr. σ1* desaeuit *E R corr. φ* deseuit *cett.* ambulatur *M* au̧rtes (ł agit) *γ* 15 ait *γ* ai(g)t *δ* agit *cett. Pph.* 16 querat *E γ λ m v z* angere *R1* uit(s)æ *φ* 19 cornicula *Ω flor. Nostr. Reinerus cons. Porph.* uulpecula *Seruius* 21 thima *E M γ δ′ ν σ g* tima *v* paru(v)om *π* paruum *cett.* 22 nō *λ* et *A E M R γ δ′ ν π1 σ g m v* nec *F λ′ π2 v uar.* hyrtum *F R1 λ′* hyrcum *γ*

seu linguam causis acuis seu ciuica iura
respondere paras seu condis amabile carmen,
prima feres hederae uictricis praemia. quodsi
frigida curarum fomenta relinquere posses,
quo te caelestis sapientia duceret, ires.
hoc opus, hoc studium parui properemus et ampli,
si patriae uolumus, si nobis uiuere cari.
  debes hoc etiam rescribere, sit tibi curae,
quantae conueniat, Munatius? an male sarta
gratia nequicquam coit et rescinditur, ac uos
seu calidus sanguis seu rerum inscitia uexat

---

23—25 'seu ciuica—prima feres hedere uictricis praemia palme' **T**: Pseudacr. ad c. I 10, 1 codd. cp 23 **S**: Cic. Brut. 97, 331: qui non l i n g u a m modo a c u i s s e s exercitatione dicendi || χαλκεύειν γλῶσσαν πρός τινι exhibet Pind. Pyth. 1, 86 Dissenius 24 **T**: deterioris notae Pseudacr. ad a. p. 436 25—29 **T**: floril. Nostr.: 'quodsi—capi' 25 **S**: Verg. ecl. 8, 12 sq.: atque hanc sine tempora circum inter u i c t r i c e s h e d e r a m tibi serpere laurus 26 sqq. **S**: Plin. ep. I 3, 3: quin tu . . . . humiles et sordidas curas aliis mandas et ipse te in alto isto pinguique secessu studiis adseris? hoc sit negotium tuum, hoc otium, hic labor, haec quies e. q. s. || Pythag. aur. uers. 45 sq.: ταῦτα πόνει, ταῦτ' ἐκμελέτα· τούτων χρὴ ἐρᾶν σε, ταῦτά σε τῆς θείης ἀρετῆς εἰς ἴχνια θήσει 26 **S**: Ou. ex P. IIII 2, 45: solacia frigida || Plin. ep. I 9, 3: quot dies quam frigidis rebus absumpsi! || Satyrus in delectu epigr. Gr. I 53, 5: ψυχρὰ . . . . παραμύθια 27 **S**: Diog. Laert. III 63 . . . τὴν φιλοσοφίαν . . . ὄρεξιν οὖσαν τῆς θ ε ί α ς σ ο φ ί α ς || Cic. Tusc. V 4, 10: Socrates . . . . . primus philosophiam deuocauit e c a e l o 28 sq. **T**: Ioa. Victoriens. p. 271 B 28 'parui properemus', ut e contrario 'ampli' diuites dicuntur schol. Bern. Verg. ecl. 7, 29 Hagen 31—35 'heu male parta—diuitis' **T**: flor. Nostr. 31 sq. **T**: Hieronym. contra Rufin. I 1: Flaccus quoque in epistula, quam scribit ad Florum: 'male', ait, 'sarta gratia nequicquam coit et rescinditur' 32 **S**: Petron. 113: ueritus ne inter initia c o e u n t i s g r a t i a e recentem cicatricem r e s c i n d e r e t

---

*Ω = A E F M R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* 24 Responsare *E* 25 hederae
h h
*E1 γ δ' ν φ l2 aut corr. v* ęderae *π* ederę *ψ* hedere *g* edere *λ* ęderae *A* ederae *E2 R σ l1 aut pr. m* edere feres *M* premia *A R1 φ* quodsi] q, si *E1* quidsi *M l pr.* qđ sis *m a. ras.* 27 celestis *M g m z* caelestis *cett.* celestes *flor.*
v̄ ł uolum'
*Nostr.* sapiencia *λ* 28 studio̤ *M* 29 patrie *γ λ g* cupimus *v* kari *m v cum Basil. Metropolit.* 30 sit *A E F M R γ λ' δ2 g m v z Pph. Porph. gloss. Γ* si *δ1 A p. ras. y* sit, *t in ras. ν : ergo* sit *ν1* si *ν2* sit *ν3* cure *λ g* 31 Quante *A R δ1 λ* Quanti *//M* conueni//// *A* conuenit *E pr.* minatius *A R ν π pr. m*
n
minacius *g* numatius *M m uar. v* an] a *R* mala *g* 32 Gracia *A* nequicquam *A γ2 flor. Nostr.* nequitquam *g* nequiquam *γ1 cett. Pph. Porph.* cogit
ł c
*γ* at *v y* at *(praetulit Bentl.) ν* ac *cett. flor. Nostr.* 33 Seu . . . seu *γ2 superscr. σ cum Londinensi Dorvilliano (uid. praef. vol. I p. XLI) Zulichem. Edit. Veneta* 1481 Seu *etiam miniator cod. Paris. p* Heu . . . . heu *cett.* Heu . . . et *flor. Nostr.* uexat *E* uersat *y*

indomita ceruice feros? ubicumque locorum
uiuitis, indigni fraternum rumpere foedus,
pascitur in uestrum reditum uotiua iuuenca.

---

## IIII.

Albi, nostrorum sermonum candide iudex,
quid nunc te dicam facere in regione Pedana?
scribere quod Cassi Parmensis opuscula uincat,
an tacitum siluas inter reptare salubris,
curantem quicquid dignum sapiente bonoque est?
non tu corpus eras sine pectore: di tibi formam,
di tibi diuitias dederunt artemque fruendi.
quid uoueat dulci nutricula maius alumno,
qui sapere et fari possit quae sentiat, et cui
gratia, fama, ualetudo contingat abunde,
et mundus uictus non deficiente crumina?

---

35 **S**: anth. Lat. 649, 27 R.: rumpere foedus (in clausula) 36 **S**: Ou. am. II 11, 46: pro reditu uictima uota cadet || Verg. ecl. 3, 85: Pierides, uitulam lectori pascite uestro || Tib. (Lygdam.) III 3, 27: pro dulci reditu quaecumque uouentur.

I. 4. 1 candide iudex] candide lector Ou. trist. I 11, 35. IIII 10, 132 4 **S**: Tib. IIII 13, 9 sq. (ipse de se): sic ego secretis possum bene uiuere siluis, qua nulla humano sit uia trita pede 6 sine pectore] Ou. met. XIII 290. heroïd. 16 (15), 305 **S**: Hom. Il. VI 156 sq.: *τῷ δὲ θεοὶ κάλλος . . . . ὤπασαν* 8—14 **T**: floril. Nostr. 11 **S**: Ammian. Marc.

---

*Ω = A E F M R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* 34 ferox *γ1* ubicunque *m v* locorum] colorum *A* 35 *ru*mpere *δ* fedus *λ* fędus *M m* foedus *cett.*

I. 4. AD ALBIVM TIBVLLVM (TEB: *R* TVBELLIVM *m om. σ*) *E R γ σ m* AD ALBIVM (BALBIṼ *z*) ELEGO℞ (ELEGIVM *F λ' v* ELEGIORŨ *ν π*) SCRIPTOREM *F δ' λ' ν π v inscriptione carent A M g* 1 A ALBI *A* 2 regine *E* 3 cassi *A E M R γ δ corr. ν π σ m Pph. Porph. Pseudacr.* (*Vatic.* 3316) cassii *F δ a. ras. v* cassu *l z* casu *λ* cṛassi *g* 4 interreptare *M R δ σ g m v1* inter reptare *A E F γ corr. λ' ν π v2 Pph. Pseudacr. Vatic.* 3316 reptare] tēptare *γ pr.* salubris *R γ1 π1 σ2 Pph.* salubres *cett.* 5 quidquid *π a. ras.* quitquit *g* quicquid *cett.* bonumque *R γ π a. ras. π uar. ν parum liquet* 6 di *A E F R γ λ' ν π σ m v* dii *M δ' λ2 ψ corr. g* 7 Di *A E R γ λ' ν π σ φ m v* Dii *M δ' ψ g* diuicas *M λ* dederunt *A F R γ δ λ' π1 v1 z1* dederant *E M λ corr. ν π2 σ g m v2 z2* ( ) 8 maius] magis *A R1* 9 Qui *E1 R δ1 l z1* ( ) Quiⁿ *δ2 λ π ψ* Qin *φ* Quin *A E2 γ g m φ z2* Qun *M* Quam *ν σ v* quae] q.ue *A* quia *R1 ν* qui *R2* 10 Gracia *A* ualitudo *γ σ2 g m z* continguat *ψ a. ras.* contingit *δ1* habunde *M γ δ1 z* 11 Et mundus *A E M R γ δ2 ν π corr. σ g m* Et modus et *F δ1 λ' π a. corr. v z* crumina *A F R pr.(?) γ δ' ν π m pr.* grumina *R corr.* crumena *E M λ' σ ψ corr. g m corr. v*

inter spem curamque, timores inter et iras
omnem crede diem tibi diluxisse supremum:
grata superueniet quae non sperabitur hora.
me pinguem et nitidum bene curata cute uises,
cum ridere uoles, Epicuri de grege porcum.

---

## V.

Si potes Archiacis conuiua recumbere lectis
nec modica cenare times holus omne patella,
supremo te sole domi, Torquate, manebo.
uina bibes iterum Tauro diffusa palustris

---

XXVIIII 5, 37: mundiore uictu stipendioque milite recreato || Auson. grat. act. p. 291 edit. Bip.: uictum, uestitum, suppellectilem munda, non splendida || Iuu. 11, 38: deficiente crumina 12 **S**: Stat. Theb. V 125 sq.: postquam timor iraque cessit uoltibus || Apollin. Sid. ep. II 12: inter spem metumque suspensi || Alcim. Auit. VI 72: spemque metumque inter 13 sq. **S**: M. Antonin. comm. VII 69 p. 95: *τοῦτο ἔχει ἡ πλειότης τοῦ ἤθους· τὸ πᾶσαν ἡμέραν ὡς τελευταίαν διεξάγειν* || Mart. IIII 54, 3 sq.: si sapis, utaris totis, Colline, diebus extremumque tibi semper adesse putes || Ou. trist. I 3, 68: in lucro, quae datur hora, mihi est || Plutarch. de tranqu. an. 16: *ὁ τῆς αὔριον ἥκιστα δεόμενος, ὥς φησιν Ἐπίκουρος, ἥδιστα πρόσεισι πρὸς τὴν αὔριον* || cf. etiam Columb. praec. uiuendi 23 15 sq. **T**: Hieron. adu. Iouin. II c. 12 **S**: Cic. in Pis. 16, 37: Epicure noster ex hora producte, non ex schola || cf. ad fam. VIIII 203, 5 || Hieron. adu. Iouin. II c. 36: Epicurum nostrum sudantem in hortulis suis inter adulescentulos et mulierculas alloquamur; fauent tibi crassi, nitidi, dealbati.... quoscumque formosos, quoscumque calamistratos, quos crine composito, quos rubentibus baccis uidero, de tuo armento sunt, immo inter tuos sues grunniunt || Auson. epist. 9, 15: nitidae cutis uncta iuuentus 16 **S**: CIL X 2971: ex Epicureio gaudiuigente choro (Puteol.)

I. 5. 1 **S**: 'Si potes' in exordio hexam. Ou. rem. am. 723 et Pers. 4, 46 || Martial. III 30, 1: gratis conuiua recumbis || Arator act. apost. I 577: ad quam (mensam) conuiua recumbit 2 **S**: Iuu. 5, 84 sq.: tibi . . . ponitur exigua feralis cena patella 3 'supremo . . . sole' **S**: primo sole Ou. met. VIIII 93. Calpurn. ecl. 8, 7 4 sq. **S**: Iuu. 10, 276: Minturnarum paludes

---

*Ω = A E F M R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* 12 tumores inter et iram *E* īram *E cum Basil.* 13 duxisse *z1* supræmū *A* *u.* 14 *om. g* 14 super ueniat *A1 l1* que *λ* speratur *σ1* 15 cur*ata* *δ* curuata *l1* 16 noles *M* cū grege *E*

I. 5. AD TORQVATVM *E F R γ δ' λ' σ m v cum r f L; E (et L) y add.:* ORATOREM *inscriptione carent cett.* 1 archiacis *v* archiacis (ł arcaicis) *cett. Pph. Pseudacr.* archaicis *y* 2 Ne^c *z* cęnare *R2 γ π* cenarę *A* times, s *in rasura R* olus *E* holus *cett. Pph. Acr.* (*cod. r et Vat.* 3316) 4 taur*o* *δ* palustris *R1 π2 g z* palustri *A1 δ1 ?* pulustris *M* palustres *A2 δ2 π1 cett.*

inter Minturnas Sinuessanumque Petrinum.
si melius quid habes, arcesse, uel imperium fer.
iamdudum splendet focus et tibi munda supellex.
  mitte leuis spes et certamina diuitiarum
et Moschi causam: cras nato Caesare festus
dat ueniam somnumque dies; impune licebit
aestiuam sermone benigno tendere noctem.
  quo mihi fortunam, si non conceditur uti?
parcus ob heredis curam nimiumque seuerus
adsidet insano: potare et spargere flores
incipiam patiarque uel inconsultus haberi.

---

5 S: Mart. XIII 111: de Sinuessanis uenerunt Massica prelis 7 S: Auson. grat. act. p. 291 Bip.: uictum, uestitum, supellectilem munda, non splendida 8 T: flor. Nostr. S: Iuu. 11, 183 sq.: sed nunc dilatis auerte negotia curis et gratam requiem dona tibi—leuis spes || Solon 13, 36 B.: *κούφαις ἐλπίσι τερπόμεϑα* 10 S: Lucan. VIII 749: da ueniam || Claud. cons. Stil. II 23: 'das ueniam' in exordio hexametri 11 S: Hieron. ep. 130 ad Demetriadem: numquam dies tibi longi erunt, sed, quamuis aestiuis tendantur solibus, breues uidebuntur || Verg. Aen. I 748: uario noctem sermone trahebat || Ou. met. XII 159: noctem sermone trahunt || Lucan. X 173 sq.: longis Caesar producere noctem inchoat alloquiis || Plin. ep. VIIII 36, 4: ita uariis sermonibus uespera extenditur || Cypr. Gall. genes. 419: sermone benigno || cf. carm. de provid. diuina 311 12—14 'quo—insano' T: floril. Nostr. 12 S: Caton. distich. IIII 16,2: quid tibi diuitias, si semper pauper abundes? || Maximian. eleg. I 181 sq.: quid mihi diuitiae, quarum si dempseris usum, quamuis largus opum, semper egenus ero? || Ou. am. II 19, 7: quo mihi fortunam, quae numquam fallere curet? || ibid. III 7, 49: quo mihi fortunae tantum? || Sen. de tranqu. anim. 9: quo mihi innumerabiles libros et bibliothecas? || Ou. am. III 4, 41: quo tibi formosam, si non nisi casta placebat? 13 sq. S: Antiph. ap. Stob. III p. 266 G.: *λύπη μανίας ὁμότοιχος εἶναί μοι δοκεῖ*

---

*Ω* = *A E F M R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* 5 menturnas *M R*1 *γ* meneturnas *A* sinuesanum *γ δ'* 6 Se *λ pr.* Si *λ corr. cett.* () qui *R*1 quod *l pr.* arcesse *A F M R γ δ' λ' ν π σ g m* accerse *E v* accersse *l*2 inperium fer *λ ν* īperium fer *g* imperium fer *cett.* in pera fer *speciose coni. Granville Penn* 7 Iam dudum (Iamdudum *R δ' cum L et aliis*) *Ω* spendet *M pr. aut*1 *σ*1 suppellex *z* sup$^{l}$elex *δ* 8 leuis *A*1 *E M R γ*1 *ν π σ*2 *g* leues *A*2 *γ*2 *σ*1 *cett.* diuiciarum *A M*2 *g* diuinarum *M*1 9 causa *l*1 cesare *A M R*1 *λ σ g v z* 10 Da *M* sonumque *γ* inpune *A M R γ δ' λ ν π σ Pph.* impune *E F g l m v* 11 Estinā *A* 12 quo] Quod *γ* Quid, *uar.* quo *σ* tibi *M* fortunam (fortunā) *A a. ras. E F δ a. ras. λ' ν a. ras. π g*1 *z a. corr.* fortuna *A p. ras. M R γ δ p. ras. ν p. ras. ut uid. σ g*2 *m v z p. corr. flor. Nostr.* () 13 heredes *R*1 *π*1 14 Adsidet *A E F R δ' λ ν π* Assidet *M γ σ g l m v flor. Nostr.* portare *A a. ras.* 15 paciar *E M* pa˙ciar *λ*

quid non ebrietas dissignat? operta recludit,
spes iubet esse ratas, ad proelia trudit inertem,
sollicitis animis onus eximit, addocet artes.
fecundi calices quem non fecere disertum,
contracta quem non in paupertate solutum?
  haec ego procurare et idoneus imperor et non
inuitus, ne turpe toral, ne sordida mappa
conruget naris, ne non et cantharus et lanx

---

**16—20** T: floril. Nostr. **16** T: schol. *Γ* epist. I 7, 6 **S**: Theocr. 29, 1: *οἶνος . . . . λέγεται καὶ ἀλάθεα* || Plut. de garrul. VIII p. 7 R.: *τὸ γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος ἐπὶ τῆς γλώττης ἐστὶ τοῦ μεθύοντος, ὡς οἱ παροιμιαζόμενοί φασιν* || cf. Hom. Od. XIIII 463 sqq. Ou. a. a. I 241 sq. **17** **S**: Aristot. eth. Nicom. III 8, 14 p. 34 Did.: *εὐέλπιδες γὰρ γίνονται (οἱ μεθυσκόμενοι)* || Plat. de legg. I p. 649 A B: *πιόντα τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν αὑτοῦ ποιεῖ πρῶτον ἵλεων εὐθὺς μᾶλλον πρότερον, καὶ ὁπόσῳ ἂν πλέον αὐτοῦ γεύηται, τοσούτῳ πλειόνων ἐλπίδων ἀγαθῶν πληροῦσθαι καὶ δυνάμεως εἰς δόξαν* || Sen. de ira I 13, 3 sq.: utilis, inquit, ira est, quia pugnaciores facit. isto modo et e b r i e t a s: facit enim proteruos et audaces, multique meliores ad ferrum fuere male sobrii . . . et mortis timor etiam inertissimos excitauit in proelium **18** **S**: Venant. Fort. X 12 a, 3: 's o l l i c i t i s a n i m i s' in exord. hexam. **19** T: schol. *Γ* ad Hor. epist. I 15, 20 || schol. (Paris. saecul. XI) ad Ter. eun. IIII 5, 1 (727 Fl.): unde Oratius: faecundi calices quem non fecere disertum? **S**: Ou. met. XIIII 791: lurida supponunt f e c u n d o sulphura fonti || trist. V 12, 37 sq.: denique non paruas animo dat gloria uires et f e c u n d a f a c i t pectora laudis amor || Symphos. aenigm. prol. 5 B.: madidae facundia linguae **20** sq. **S**: Cic. ad. fam. XV 19, 8: sollicito animo an soluto **21** sq. 'haec—inuitus' T: Seru. ad Aen. X 444 **22** sq. 'ne turpe—nares' T: glossar. Mai tribus locis class. auct. VIII 153. 501. 582 'ne turpe toral' T: Seru. ad. Aen. I 701 'ne sordida mappa' T: Seru. ad Aen. II 272 **23** T: cf. Quintil. instit. XI 3, 80: nam et corrugare nares, ut

---

*Ω = A E F M R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* **16** ebritas *A* hebrietas *R a. ras. λ' φ z* dissignat *A E M R γ δ' λ' ν π φ corr. ψ m Porph. Pseudacr. (Vat.* 3316) *Pseudacr. ad epist.* I 7, 6 designat *σ φ pr. g v flor. Nostr. Pph. Porph. in interpretatione:*
                                          a
'Dissignat: apperit' **17** rateṣ *M* proelia *A E F R γ λ'* p̄lia *M δ π σ g* prẹlia *ν* prelia *m v z* inertem *E R π σ1 ψ corr. m gloss. Γ uar.* inhertem *δ1 ν z* inermem
                                          ł inermem
*A M γ δ2 λ' σ2 g flor. Nostr.* inermem *F (sic)* inermen *v* **18** ///animis *R* onus] sonus *R a. ras.* &doc& *E* acdocet *z2* ad//docet *A* atdocet *π* artes *Ω flor. Nostr.* artis *μ* **19** Fecundi *F M σ g l v z2 Pseudacr. cod. ν* foecundi *cod. f ad epist.* I 15, 20 *bis flor. Nostr. schol. r ad Ter. eun.* Fecumdi *λ* Faecundi *R2 γ ν π corr. m* Fancundi *A* Facundi *E R1 δ' π pr. z1 Pseudacronis codd. γ b ad l. l.* dissertum *M a. ras. R1 δ a. ras. π a. ras. z a. ras.* desertū *l pr.* **21** Nec ego *M* ergo *γ a. ras. λ a. ras.* et idoneus procurare (prucarare *γ pr.*) imperor *γ* **22** Inuictus nec *λ pr.* **23** Conruget *A E F M R δ2 λ' m z cum G S b p Barcin. Reginens.*1 Congru& *δ1* Corruget *γ ν2 π σ g v Pph. Porph.*; *ν1 non liquet* naris *A E M R2 π Pph.* naris *R* nares *cett. cf. Iuu.* 14, 194 narīs *cod. r Paris.* nec non et *ν g z2* cantarus *R2 δ' σ v* lans *F R1 λ' π*

ostendat tibi te, ne fidos inter amicos
sit qui dicta foras eliminet, ut coeat par
iungaturque pari. Butram tibi Septiciumque,
et nisi cena prior potiorque puella Sabinum
detinet, adsumam. locus est et pluribus umbris:
sed nimis arta premunt olidae conuiuia caprae.
tu quotus esse uelis rescribe, et rebus omissis
atria seruantem postico falle clientem.

---

## VI.

Nil admirari prope res est una, Numici,
solaque, quae possit facere et seruare beatum.

---

Horatius ait, indecorum est **S**: Pers. 3, 87: ingeminat tremulos n a s o c r i s p a n t e cachinnos 24 sq. 'ne—eliminat' **T**: floril. Nostr. 25 sq. cf. Plat. conu. 18, 3: *ὁ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει* || Cic. de senect. 3, 7: pares uetere prouerbio cum paribus facillime congregantur 27 potior] Graece *κρείσσων* 28 umbris] Graece *σκιαῖς* (Plut.) 30 **S**: Martial. XIIII 217: dic q u o t u s et quanti cupias cenare 31 **S**: Seruius ad Aen. II 453. Sen. de breuit. uit. 14, 4: quam multi per refertum clientibus atrium prodire uitabunt et per obscuros aedium aditus profugient? || Suet. Claud. 18: ut aegre nec nisi p o s t i c o euadere in Palatium ualuerit.

I. 6. 1 sq. **T**: floril. Nostrad. **S**: Democrit. ap. Orell. I p. 94: *σοφίη ἄθαμβος ἀξίη πάντων τιμιωτάτη οὖσα.* inprimis huc pertinet eiusdem *εὐθυμία*, quam eandem *ἀ θ α μ β ί α ν* et *ἀθαυμαστίαν* vocasse dicitur, *καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου ἢ δεισιδαιμονίας ἢ ἄλλου τινὸς πάθους* || Cic. Tusc. III 14, 30: haec est illa praestans et diuina sapientia . . . n i h i l a d m i r a r i, cum acciderit etc. || idem '*μὴ θαυμάζειν*' docuerunt Pythagoras (Plut. de auditione c. 8) et Zeno (Diog. Laert. VII 123) **S**: Plin. paneg. 76, 4: u n u s s o l u s q u e censebat ||

---

*Ω* = *AEFMRγδ′ (δz) λ′ (λl) νπσgmv* 25 Sic *M* faras *M* foras seliminet *A* eliminat *y flor. Nostr.* ut *AEMRγδ′ν*$\pi_1$ *aut pr. σgmv* et *Fλ′* $\pi_2$ *aut corr.* 26 butram *AMRγ*$\delta_2$*νπφgmz* brutam *Eλ′σψ* *butrā* $\delta_1$ (ł butrā above) brutam *v*() septitium *γ* septticium *M* septicum $R_1$ septimium *v* (ł septiciū above) septicium $R_2$ *cett.* 27 cena *Eδ′ σgv om. A* $R_1$ scaena *l* caena $R_2$ *cett.* pocior *λ* 28 adsumam *A corr. E cum* $r_1$ ad suṃmā *A pr.* ad summam *Rνσ*$l_1$ *mv gloss. Γ* adsummam *Fδ′λπ*$l_2$ assumas *M* adsūmū *g*() 29 Set *γ* Sed *cett. Pph.* arta *Ω* olidee *A* olide $\delta_1$ *λ* conuiua *l* ca*prẹ* *E* capreę *M* 30 rescribę *φ* rescribere $\delta_1$ rescribit *l pr.* 31 seru//antem *R* postico *R* dientem *R*

I. 6. AD NVMICIVM (NVMITIUM *vf*) *γ v cum f* AD NVMICVM *FRδ′λ′m (r L qui addit:* DE ADMIRACIONE) Ad numiciū de ammiratione & Cupiditate rerū *E cons. y; inscr. om. AMνπσg* 1 NICHIL *A* Nihil $R_1$ *Pph.* ·il *γ* admirari *AFR*$\gamma_1$ *δ′λνπσg*$l_2$ *v Pph. flor. Nostr.* ammirari *E*$\gamma_2$ $l_1$ *m cum ε* amirari *M* properes. *disting. multi codd.* 2 solaque quae] Sola quaeque $R_1$ Sola quaeq: (quę above) *l* Solaq; /.//que *m* Sola que *flor. Nostr.* solaque] Solaqꝫ/// *λ* Solaq/// *γ*

hunc solem et stellas et decedentia certis
tempora momentis sunt qui formidine nulla
inbuti spectent: quid censes munera terrae?
quid maris extremos Arabas ditantis et Indos
ludicra? quid plausus et amici dona Quiritis?
quo spectanda modo, quo sensu credis et ore?
qui timet his aduersa, fere miratur eodem
quo cupiens pacto: pauor est utrubique molestus,
inprouisa simul species exterret utrumque.
gaudeat an doleat, cupiat metuatne: quid ad rem,
si, quicquid uidit melius peiusue sua spe,
defixis oculis animoque et corpore torpet?

---

Iuu. 8, 20: nobilitas sola est atque unica uirtus || Cic. acad. I 10, 35: idque appellaret (Zeno) honestum, quod esset simplex quoddam et solum et unum bonum   **3** sq. **S**: Lucr. V 1216 sqq. Manil. III 289 sq.: paribus per tempora uersa momentis redeunt || Catull. 65 [66], 4   **6 S**: Catull. 11, 2: in extremos penetrabit Indos, ut cedant certis sidera temporibus   **7 T**: cf. Diomedes lib. I p. 327 K.: Flaccus in satura Quiritem dixit (= Pers. 5, 75) || Seruius [Sergius] comm. in Donatum p. 432 K.: legimus apud Horatium hunc quiritem, ut sit nominatiuus hic quiris   **9** sqq. **S**: Sen. epist. 123, 13: quod assequi poterimus, si scierimus duo esse genera rerum, quae nos aut inuitent aut fugent. inuitant diuitiae, uoluptates, forma, ambitio, cetera blanda et adridentia; fugat labor, mors, dolor, ignominia, uictus adstrictior. debemus itaque exerceri, ne haec timeamus, ne illa cupiamus   **10** sq. **S**: Ou. fast. III 362: sollicitae mentes speque metuque pauent   **11 S**: Cic. Tusc. IIII 6, 12: simul obiecta species est cuiusquam, quod bonum uideatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura e. q. s. || Lucr. II 1040: nouitate exterritus ipsa   **12 S**: Verg. Aen. VI 733: hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque   quid ad rem] **S**: anthol. Lat. 412, 15 sq.: quid ad rem, si plorem || Cic. de legg. II 6, 15: siue fuit siue non fuit, nihil ad rem   **14 S**: Sil. It. VIIII 253: defixique omine torpent || Ou. met. XIII 541: torpet et aduersa figit modo lumina terra || Liu. III 47, 6: stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit || Apollon. Rhod. III 422 sq.: *ὁ δὲ σῖγα ποδῶν πάρος ὄμματα πήξας ἧστ᾽ αὔτως ἄφθογγος ἀμηχανέων κακότητι*

---

*Ω = AEFMRγδ′ (δz) λ′ (λl) νπσgmv*   3 Nunc *λ′ y*   decedencia *λ g*   decidencia *m*   4 nullu *M pr.*   5 Inbuti *M δ′ ν σ v*   Imbuti *AEFRγλ′πgm*   tærrę *A*   terre *gm*   *u.* 6 *om. E pr., add. ead. m.*   6 arabes *F λ′*   arabas *cett.*   ditantes $z_2$   et *om. A*   7 plau*sus et amici δ*   9 his *AEMRγ*$δ_1$*νπ a. ras. σ g v flor. Nostr.*   *his m*   is *F δ p. ras. λ′ z cum y*   10 est *om. φ m p. ras.*   utrubique *AER*   utrobique *cett. flor. Nostr.*   *cf. gloss. Hildebrand. p.* 296, 258: 'utrubique, undique' ()   11 Improuisa *g*   Inpr: *cett. flor. Nostr.*   speties *Az*   exterret (exterrit $R_1$) utrumque *F M R γ δ′ λ′ ν π σ g m v flor. Nostr.*   exterruit utrū *E*   exterruit. utrumque *A*   12 metuat*ne v*   metuatue $A_2$ *flor. Nostr.*   metuat *R pr.*   metuatne *cett.* ()   *u.* 13 *om.* $m_1$   13 quidquid *g*   quicquid *cett.*   peiusne *R δ y*   peiusq, *z*   peiusue *cett. flor. Nostr.*   14 animo et $M_1$

insani sapiens nomen ferat, aequos iniqui,
ultra quam satis est uirtutem si petat ipsam.
 i nunc, argentum et marmor uetus aeraque et artes
suspice, cum gemmis Tyrios mirare colores;
gaude quod spectant oculi te mille loquentem;
nauos mane forum et uespertinus pete tectum,
ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mutus et (indignum, quod sit peioribus ortus)
hic tibi sit potius quam tu mirabilis illi.
quicquid sub terra est, in apricum proferet aetas,
defodiet condetque nitentia. cum bene notum
porticus Agrippae, uia te conspexerit Appi,

15 cf. Ou. fast. II 717: Brutus erat s t u l t i s a p i e n s imitator 17 S: i nunc] haec elocutio orta ex Homeri Iliad. III 432 saepenumero usurpatur ut Ou. am. II 3, 1; ex P. I 3, 61. Auson. edyll. 18, 2, 48. Petron. 115. anthol. Lat. II nr. 910, 7 Meyer. Sen. de breu. uitae 12, 8; de benef. VI 35, 5; epist. 88, 37; consol. ad Helu. 6, 8; nat. qu. I 16. Plin. epist. IV 27, 4. Iuu. 6, 305. 10, 66. Mart. I 36 21 S: Ou. fast. V 209: est mihi fecundus d o t a l i b u s hortus in a g r i s 22 uoce 'indignum' parenthetice usus est etiam Ou. am. I 6, 1 et met. V 37 sit peioribus ortus] S: Pers. 6, 15: ditescant o r t i p e i o r i b u s 23 S: Plut. de tranqu. anim. 7 p. 840 R.: *ἐν τῷ βίῳ δὲ τὰ πράγματα δίδωσι περιόντα πολλῶν μέγα φρονεῖν καὶ ζηλωτὸν μᾶλλον εἶναι ἢ ζηλοῦν ἑτέρους* 24 sq. S: Soph. Ai. 646 sq.: *ἅπανθ᾽ ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος φύει τ᾽ ἄδηλα καὶ φανέντα κρύπτεται* || Lucr. V 1452 sq.: sic unum quicquid paulatim p r o t r a h i t a e t a s in medium 25 sq. S: Ou. ex P. II 4, 19 sq.: nos fora u i d e r u n t pariter, nos p o r t i c u s omnis, nos u i a, nos iunctis curua theatra locis

*Ω = A E F M R γ δ′ (δ z) λ′ (λ l) ν π σ g m v* 15 Insam *R1* Insanis *A R1 corr. a. ras.* Insani *R2 p. ras. cett. Pph. flor. Nostr.* ferat] foret *z2 flor. Nostr.* equs *flor. Nostr.* equus *A M g* aequus *cett.* 16 petat *E F R δ′ λ′ ν π v flor. Nostr.*
℘e
peteat *A* petet *M γ g m* petit *σ* () ipsū *M1* 17 era *E λ φ g* artis *μ*
cu
artẹs *A* artes *cett. Pph.* 18 Suspice *A2 F M R γ δ′ λ′2 ν π corr. σ2 g m v gloss. Γ* Suscipe *A1 E λ′1 π pr. σ1 Pph. Porph.* (*Porph. scribit:* potest et suscipe subdistingui) tirios *E γ l m v* 19 Gande *M1* Gaudes *Pph.* spectant *A F M*
*v*
*R γ δ′ λ′ π σ g m v Pph. flor. Nostr.* spectent *E ν cum y gloss. ν* 20 Nauos *l* GNauus *λ2* Gnauus *v y flor. Nostr.* Nausis *M1* Nauus *λ1 cett.* () tecū *E1 R1*
t
21 emeat *R* eme tot *M1* emetat agris *z2 in ras.* 22 Mutus et *Ω* Mutus ut *f* indignus *E A2* 23 quantū *z1* 24 Quidquid *π1 g* Quicquid *cett. flor. Nostr.* in apertum *z2 superscr. flor. Nostr.* proferet *A2 E ν σ2*
ł a
*g2 l2 m z Pph. flor. Nostr.* ℘ feret *v* proferat *A1 F M R γ λ′ π σ1* ℘ fer///& *δ* profert *g1* 25 intentia *R1 ut uid.* nttentia *M* 26 agryppę *l* agryppe *λ* et *post* Agrippae *om. A E M R γ ν π g m, exhibent F δ′ λ′ σ v flor. Nostr.; Porph. et Pseudacr. (ex Porph. sumptus) in interpretatione habent* et appii *F δ λ v*
℘ *appii*
appy *z* apii *l* appi *ν*

ire tamen restat, Numa quo deuenit et Ancus.
si latus aut renes morbo temptantur acuto,
quaere fugam morbi. uis recte uiuere (quis non?):
si uirtus hoc una potest dare, fortis omissis
hoc age deliciis. uirtutem uerba putas et
lucum ligna: caue ne portus occupet alter,
ne Cibyratica, ne Bithyna negotia perdas;
mille talenta rotundentur, totidem altera, porro et
tertia succedant et quae pars quadrat aceru*o*m.
scilicet uxorem cum dote fidemque et amicos
et genus et formam regina Pecunia donat,

---

27 cf. Ennius ap. Festum p. 242 L.: postquam lumina sis oculis etiam bonus Ancus reliquit || Lucr. III 1025 L.: lumina sis oculis etiam bonus Ancus reliquit 28 **S**: Seren. Sam. 388 B.: si latus inmeritum morbo temptatur acuto || idem 26 B.: portio si capitis morbo temptatur acuto 30 sq. **S**: Sen. epist. 108, 27: itaque toto hoc agemus animo et omissis, ad quae deuertimur, in rem unam laboremus 31 (cf. epist. I 17, 41) **S**: morientis Bruti uox apud Dion. Cass. XLVII 49: *ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος ἄρ᾽ ἦσθ᾽· ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ᾽ ἄρ᾽ ἐδούλευες τύχῃ* || Florus IIII 7, 11: quam uerum est, quod moriens Brutus efflauit, non in re, sed in uerbo tantum esse uirtutem || Cic. Lael. 23, 86: a multis uirtus ipsa contemnitur et uenditatio quaedam atque ostentatio esse dicitur || Sen. epist. 123: uirtutes et philosophia et iustitia uerborum inanium crepitus est 32 sq. **S**: Pers. 6, 75 sq.: mercare atque excute sollers omne latus mundi nec sit praestantior alter 34—38 **T**: floril. Nostr. 34 sq. **S**: Catull. 5, 7 sq.: da mi basia mille, deinde centum, dein mille altera, dein secunda centum 36 fidemque] **S**: Iuu. 3, 143 sq.: quantum quisque sua nummorum seruat in arca, tantum habet et fidei || amicos] **S**: Menand. fr. 165 Mein.: *ἐὰν δ᾽ ἔχωμεν χρήμαθ᾽, ἕξομεν φίλους* || Plaut. stich. 520 R.: ut quoique homini res paratast, perinde amicis utitur 37 **S**: Hilarius genesis 127: et genus et formam || Eurip. Phoen.

---

uo de
*Ω* = *AEFMRγδ′(δz)λ′(λl)νπσgmv* 27 numa *R* qđ *ψ* qđ *g* quouenit *φ* *d*euenit *z* 28 aut renes] aurenes *A*1 *λ* et renes *v y* temptatur *γ* 29 Que refugam *g* fugum *A* qīs *M* 31 Hoc *Ω*() delitiis *mz* delictis *Eψ uar. Pph.*
a
delictus *φ uar.* diuitiis *flor. Nostr.* uerb/// *M* putas *A corr. EFMRγδ*2 *λ′*
ł ut
*νπσgmv flor. Nostr.* putes *A pr. δ*1 *z*() ut *λ*2 *σ*2 *φ corr. z*1 *flor. Nostr.* et *v* et *z*2 *cett.* 32 Locū *λ*1 caue ne] cauere *λ*1 33 Nec *m* cibyratica *AR νπm* *cybi*ratica *E* cybiratica *γ*2 *g* cibiratica *FMδλ′σ* cybratica *γ*1 tibiratica *v z* bythina *γm* bithina *EMδ′νgv* bithyna *AFRλ′π* bitina *σ*
v oton
negocia *λ g v* 34 rotondentur *z* rotundantur *λ* rutundentur *E* rudentur *A*
*tun* tun
rodentur *R* roden*tur π* et *om. AMγδ*1*(?) σ*1 *m exhibent EFRδ in ras. λ′νπσ*2 *g*
// ////
*v z flor. Nostr.* 35 Tercia *Mφg* que *λ* quadret *EFδ′λ′ν v corr. aut*2 *Pseudacr. Vat.* 3316 quadrat *AMRγπσgm v*1 *gloss. Eγ flor. Nostr.* aceruum *Ω* 36 et *om. E*

ac bene nummatum decorat Suadela Venusque.
mancupiis locuples eget aeris Cappadocum rex:
ne fueris hic tu. chlamydes Lucullus, ut aiunt,
si posset centum scaenae praebere rogatus,
'qui possum tot?' ait; 'tamen et quaeram et quot habebo
mittam': post paulo scribit sibi milia quinque
esse domi *chlamydum; partem uel tolleret omnis.
exilis domus est, ubi non et multa supersunt
et dominum fallunt et prosunt furibus. ergo
si res sola potest facere et seruare beatum,
hoc primus repetas opus, hoc postremus omittas.

---

439 sqq.: τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα, δύναμίν τε πλείστην τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει . . . . (442) πένης γὰρ οὐδὲν εὐγενὴς ἀνήρ ‖ Menand. ap. Stob. 91, 9: τοῦτο μόνον ἐπισκοτεῖ καὶ δυσγενείᾳ . . . τὸ πολλὰ κεκτῆσθαι ‖ regina Pecunia] **S**: Arnob. IIII c. 9 R.: quis deum (*al.* deam) P e c u n i a m esse credat, quam uelut maximum numen uestrae indicant litterae d o n a r e anulos aureos, loca in ludis atque in spectaculis priora e. q. s. [cf. epist. I 1, 67] ‖ Iuu. 1, 112 sqq.: inter nos sanctissima diuitiarum maiestas, etsi funesta Pecunia templo nondum habitas **38 T**: Prisc. inst. IIII 1, 5. Abbo Floriacens. quaest. gramm. c. 6 [= Mai class. auct. V 355] **S**: Hieron. epist. ad Rustic. 125, 18 t. I B p. 945: hic b e n e n u m m a t u s e. q. s. ‖ Suadela Venusque] **S**: Ibyc. fr. 5 B.: σὲ μὲν Κ ύ π ρ ι ς ἅ τ' ἀγανοβλέφαρος Π ε ι θ ὼ . . . θρέψαν Venusque] **S**: Eurip. Dan. fr. 324 N. **39 S**: Cic. ad Att. VI 1, 4: (de Cappadocum rege) nihil r e g e e g e n t i u s **40—45 S**: Plut. Lucull. c. 39, 6: στρατηγοῦ δέ ποτε φιλοτιμουμένου περὶ θέας καὶ χορῷ τινι κόσμον αἰτουμένου πορφυρᾶς χλαμύδας ἀπεκρίνατο σκεψάμενος, ἂν ἔχῃ, δώσειν, εἶτα μεθ' ἡμέραν ἠρώτησεν αὐτόν, ὁπόσων δέοιτο. τοῦ δὲ ἑκατὸν ἀρκέσειν φήσαντος ἐκέλευσε λαβεῖν δὶς τοσαύτας· εἰς ὃ καὶ Φλάκκος ὁ ποιητὴς ἐπιπεφώνηκεν, ὡς οὐ νομίζει πλοῦτον, οὗ μὴ τὰ παρορώμενα καὶ λανθάνοντα πλείονα τῶν φαινομένων ἐστί **43** m i l i a q u i n q u e (in clausula hexam.)] Mart. X 11, 5. Commod. apol. 653. Iuuenc. III 248. Claud. carm. min. app. 21, 7 **45—48 T**: floril. Nostr. **45 S**: Ou. trist. IV 1, 103: m u l t a s u p e r s u n t **46 S**: Ou. am. III 7, 71: tu d o m i n a m f a l l i s ‖ id. fast. IIII 645: d o m i n u m f a l l e b a t

---

*Ω* = *A E F M R γ δ′ (δ z) λ′ (λ l) ν π σ g m v* 38 numatum *E δ1* nummatum *cett. flor. Nostr.* 39 Mancupiis *F δ pr. λ′ π1 z* Mancipiis *cett.* āeg& *F* acris *M* eris *γ* capadocum *M γ σ* 40 Nec *E* Ni *δ* Ne *cett.* hic (h *superscr.*) *R* chlamydes *A* clamides *F M γ δ′ λ′ ν π σ g m v* chlamides *E R* sucullus *M* 41 possunt *R1* poss*et δ* posse*t z* possit *ν π1* scaenae *A R γ δ′ ν σ l m z* scęne *F M* scene *g* scenae *cett.* prebere *A γ m z* 42 ait *om. δ pr.* a//it *π* queram *E γ σ m v z* quot] quod *E M R ν pr. aut1 ψ pr. g* habebit *M1* 43 post] p' *E F λ* millia *E a. ras.* milia *E p. ras. cett.* 44 chlamidum *A E* damidū *λ pr.* clamydū *π* clamidum *cett.* part*e*m *δ* toleret *A* omnis *μ* omnes *Ω, sed uid. Epileg. ad u.* 17 45 Exiles (i *superscr.*) *R* Exillis *m a. ras.* est *om. A1* et] ex *A1* 47 facere *om. A1* 48 primus *A1 E M δ2 σ g m flor. Nostr.* primum *A2 F R δ1 λ′ ν π v z* primum (ł primum tu primus *superscr.*) *γ* omitas *δ*

si fortunatum species et gratia praestat,
mercemur seruom, qui dictet nomina, laeuom
qui fodicet latus et cogat trans pondera dextram
porrigere: ʽhic multum in Fabia ualet, ille Velina;
cui libet hic fasces dabit eripietque curule
cui uolet inportunus ebur.ʼ ʽfraterʼ ʽpaterʼ adde:
ut *cuiquest aetas, ita quemque facetus adopta.
  si bene qui cenat bene uiuit, lucet, eamus
quo ducit gula, piscemur, uenemur, ut olim
Gargilius, qui mane plagas, uenabula, seruos
differtum transire forum populumque iubebat,
unus ut e multis populo spectante referret
emptum mulus aprum. crudi tumidique lauemur,
quid deceat, quid non, obliti, Caerite cera

52 ille Velina] S: Persius 5, 73: ʽquisque Velinaʼ in fine hexam.: contulit iam gloss. *Γ* ad h. u. 53 sq. S: Ou. fast. V 51: illa datos fasces commendat eburque curule ‖ Iuu. 10, 91: illi summas donare curules? 54 T: cod. Paris. 8175 fol. 29 praemisso ʽOratiusʼ 54 sq. S: Spartianus Did. Iulian. 4, 1: unumquemque ut erat aetas uel patrem uel filium uel parentem affatus blandissime est 55 T: floril. Paris. 8069 S: Mart. IIII 31, 9: nomen adopta (in fine hexam.) 56 sq. ʽsi—gulaʼ T: schol. Persii 4, 17 59 cf. Cic. Phil. III 13, 32: uidetisne refertum forum populumque Romanum ad spem recuperandae libertatis erectum? 60 ʽpopulo spectanteʼ Sen. de uita beata 20, 4. Mart. VII 82, 5. anthol. Lat. 199, 4. Alcim. Auit. V 418. Auian. fab. 38, 9 62 sq. T: Prisc. inst. IIII 5, 29 ʽCaerite—Ulixeiʼ T: Prisc. inst. VI 18, 92

*Ω = A E F M R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* 49 Sic *E* fortunarum *M* speties *A λ z* pręstat *R* p̄stat *l* prestet *m* p̄stit *g* prestat *cett. et ν2 in ras.*
*tet*
50 seruum *Ω* dic///// *z* dictat *g* dicet& nomina *δ* laeuum *E cum x et duobus Pulmannianis et duobus Feae quorum alter ab alt. m. et Cruq. codd. Mart. et Sil.* leuum *σ corr.* saeuum *A F R γ δ' λ' ν* (sae *in ras.*) seuum *M π σ1 g m v*( ) 51 fodicet *A E F M R γ δ λ' ν1 π m* fodicet *g z* fodiet *ν p. ras. σ* fodiat *λ corr. v*( ) pondera *A E M R γ δ'2 λ'2 ν π2 σ g m* pondere *F (superscr.* a*) δ'1 λ'1 π1 z1* 53 hic] his *R1 ν pr. (?) π1 (?)* is *δ' ν pr. ut uid.* fascis *γ pr.* falces *g* fasces *cett. uid. Epileg.* 54 inportunus *A E F M R γ δ ν π m z* inpoturnus *λ* importunus *σ g l v* 55 quenque *m* cuique *om.* est *Valent.* adapta *F λ' ν2 y* 56 cenat *A E F R1 λ' ν g m z* cęnat *M R2 γ δ π σ* uiuit bene *schol. Pers. INDE A V.* 57 *DEFICIT COD. M VSQVE AD EPIST.* I 16, 34 *Ω = A E F R γ δ' λ' ν π σ g m v.* 57 ducet *λ corr. g2 cum Bruxell. Paris.* 7976 *schol. Pers.* docet *g1* ducit *cett.* ueneremur *δ a. ras. g* 58 Gargilius *A E R γ δ2 ν σ g m v Pseudacr.* Gragilius *F δ1 λ' π z* Gracilius *f* et seruos *m* 59 transire] transferre *g* 60 ut] et *E γ λ pr.* refferret *γ* 61 et crudi *m* timidi *E* lauentur *g* 62 qui non *A* cexite cexa *g1* cerite *λ g2 z* caera *δ l m*

digni, remigium uitiosum Ithacensis Vlixi,
cui potior patria fuit interdicta uoluptas.
si, Mimnermus uti censet, sine amore iocisque
nil est iucundum, uiuas in amore iocisque.
uiue, uale! siquid nouisti rectius istis,
candidus inperti; si nil, his utere mecum.

---

## VII.

Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum
Sextilem totum mendax desideror. atqui,
si me uiuere uis sanum recteque ualentem,

---

65 sq. **S**: Mimnermus fr. 1 Bgk.: *τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσέης Ἀφροδίτης; τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι, κρυπταδίη φιλότης καὶ μείλιχα δῶρα καὶ εὐνή* 67 sq. **S**: Isocr. ad Nicocl. c. 11, 39: *χρῶ τοῖς εἰρημένοις ἢ ζήτει βελτίω τούτων* ‖ Plaut. Epid. II 2, 78 (263) sq.: si placebit, utitor consilium; si non placebit, reperitote rectius ‖ Hieron. adu. Iouin. II p. 76 ed. 1684: aut profer meliores epulas et me conuiua utere aut qualicumque nostra cenula contentus esto ‖ Nicephorus epist. 30 apud Boissonad. anecd. Gr. uol. III p. 364: *εἰ δ' ὑμεῖς ἄλλο τι βέλτιον καὶ ἄμεινον ἔγνωτε, μὴ ἀποκνήσητε καὶ ἡμᾶς διδάξαι* 67 **S**: Sulpiciae sat. 69: uiue, uale (in initio hexam.)

---

*Ω = A E F R γ δ' (δ z) λ' (λ l) ν π σ g m v* **63** remiū uiciosum *A1, corr. A2* uitiorum *R1* itacensis *F λ' v* ulixi *E γ σ g m cum Bruxell. pr. ut uid. Nostrad.* ulixei *A F R δ' λ' ν π v* 1 *cod. Prisciani lib.* IIII, *idem hanc formam testatur lib.* VI ulixis *plerique codd. Prisciani lib.* IIII *Porph. in interpret.* **64** Qui *λ pr.* patria *A E γ δ2 σ φ g m v z p. ras.* patriae *R δ' λ' ν1 π ψ1 aut pr. z a. ras.* **65** *INCIPIVNT FOLIA HAMBVRGENSIA COD. A DEFICIT PARISINVS u.* 65 *R2 in lacuna exhibet* **65** mimnermus *A E2 R γ δ2 ν σ corr. φ g2 m z2 Porph.* mimnernus *λ' π ψ* mamnermus *σ pr.* mimenermus *g1* meninermus *E1* mineruus *δ1 v z1* mimuermus *v uar.* uticens& (t supra) *A u.* 66 *om. z1* **66** Nil ē *E* Nihil *R γ* iocundum *γ δ σ v z2* amo///e (r supra) *R* amoge (r supra) *A* locisque *R a. ras.* Iocisque *R p. ras.* locisquę *λ* Iocisq. *l* **67** *N*ouisti *δ* **68** inperti *A R1 γ δ' ν π m v* imperti *E F R2 λ' σ g* si nil *A1 E σ g m* si nihil *γ* si non *A2 F R δ in ras. λ' ν π v r*

I. 7. AD MECENATEM *A2 E F R γ δ' λ' σ m v cum L f r; F δ' λ' σ cum r add.*: EXCUSAT SE QUOD (QUIA *δ' r*) DIUTIUS MORETUR (MORARETUR *λ ψ* MORATVR *δ' r* morabat̃ *σ*) IN AGRIS (ī aGRo *σ*); *inscr. carent A1 ν π g* **1** rupe *σ1* **2** Sextile *A l z1 (?)* atqui *E1 γ2 δ2 ν π2 v y* atque *A E2 F R δ1 λ' π1 σ g m z* () **3** sanum recteque ualentem *A E R γ δ2 ν π σ g m* recteque uidere ualentem *δ1 v z cum y* recteque (uidere supra) ualentem *λ* (sanum supra) · recteque ualentem *F l* (sanum *fort. ab alt. m. in l.*) sanum *recteq.; ualentē v ut uid.*

quam mihi das aegro, dabis aegrotare timenti,
Maecenas, ueniam, dum ficus prima calorque
dissignatorem decorat lictoribus atris,
dum pueris omnis pater et matercula pallet,
officiosaque sedulitas et opella forensis
adducit febris et testamenta resignat.
quodsi bruma niues Albanis inlinet agris,
ad mare descendet uates tuos et sibi parcet
contractusque leget; te, dulcis amice, reuiset
cum Zephyris, si concedes, et hirundine prima.
  non quo more piris uesci Calaber iubet hospes,
tu me fecisti locupletem. 'uescere sodes.'
'iam satis est.' 'at tu, quantum uis, tolle.' 'benigne.'
'non inuisa feres pueris munuscula paruis.'

---

8 sq. 'et opella—febres' T: gloss. Mai class. auct. VIII 391  8 S: Apoll. Sidon. epist. II 12, 15: 'medicorum ... qui parum docti et satis seduli languidos multos officiosissime occidunt'  10 'si—agris' T: schol. ΓV ad s. II 3, 5 praemiss. 'in libris epistularum' S: Lucr. V 744: tandem bruma niues adfert || Cic. de deuin. I 11, 18: tumulos Albano in monte niualis  11 S: Plin. epist. II 8, 2: sibi parcere est ualetudinem curare  12 S: Pers. 5, 23 (ubi etiam ad c. I 3, 8. III 17, 5 respicit): 'tibi, dulcis amice' || Hieron. ep. 63 (de Vigilantio): 'grauissimo frigore solus atque contractus Dormitantius uigilabit in lectulo'  13 S: Verg. ge. IIII 305—307: hoc geritur, Zephyris primum inpellentibus undas, . . . ante garrula quam tignis nidum suspendat hirundo. || Colum. X 77—80: post ubi Ripheae torpentia frigora brumae candidus aprica Zephyrus regelauerit aura . . . ueris et aduentum nidis cantarit hirundo || Leonid. in anthol. Pal. X 1: λαλαγεῦσα χελιδὼν ἤδη μέμβλωκεν χὠ χαρίεις Ζέφυρος || Oppian. A. III 244: εἰαρινὴ Ζεφύρου πρωτάγγελος ὄρνις || cf. Ou. fast. II 853: fallimur an ueris praenuntia uenit hirundo  15—22 T: floril. Nostr.: 'uescere sodes—paratum'

---

*Ω* = *A E F R γ δ' λ' ν π σ g m v*  4 das *add. z2 supra u.*  egro *λ σ g m v*  egrotare *E σ g m v*  5 Maecenas *R δ ν σ*  Mecęnas (*uirgula ab alt. m.*) *γ*  Mecęnas (a supra ę) *π*  Mecenas *cett.*  dum—6 atris *add. R2*  color *A R2 ν1*  calor *cett.* (*σ in ras.*)  6 Designatorem *A R2 γ2 ν σ m*  Disignatorem *g*  Dissign: *cett.*  d& orat *R2*  7 pallat *A*  8 Offitiosa *F γ*  forenses *l pr. aut1*  9 Adducit *E F γ λ' σ g m v glossar. Mai*  Abducit *π2*  Adducet *R δ' ν π1*  Adduc *A*  febris *R1 π cum Reginens.1*  febre *A*  fibras *z1*  febres *cett.* (*δ in ras.*) *glossar. Mai*  signat *add. R2*  10 bruina *g*  inlinet *A E F R2 δ' λ ν π*  īlinet *g*  illinet *γ σ m v Pseudacr. ad serm.* II 3, 5  11 descendit *σ*  12 amite *A*  reui/set *λ*  reuises (t supra s) *R1*  reuisens *π*  13 zephiris *γ ν σ g v z*  cepheris *E*  concedis *E cum f y*  concedas (ł e supra a) *v*  concedes *cett.*  hirundune *A*  hyrundine *F λ'*  harundine *σ*  14 mori *l1*  uescit *λ pr.*  15 lucupletem *δ l pr.*  16 quamtū *λ*  attolle *E*  diuine ł benigne *F*  benigne *cett. flor. Nostr.*

'tam teneor dono, quam si dimittar onustus.'
'ut libet: haec porcis hodie comedenda relinques.'
prodigus et stultus donat, quae spernit et odit:
haec seges ingratos tulit et feret omnibus annis.
uir bonus et sapiens dignis ait esse paratus,
nec tamen ignorat, quid distent aera lupinis.
dignum praestabo me etiam pro laude merentis.
quodsi me noles usquam discedere, reddes
forte latus, nigros angusta fronte capillos,
reddes dulce loqui, reddes ridere decorum et
inter uina fugam Cinarae maerere proteruae.
forte per angustam tenuis u*o*lpecula rimam

---

18 T: floril. Paris. 8818[a] 20 S: Sen. epist. 120, 9: mentitur prodigus liberalem, cum multum intersit, utrum quis dare sciat an seruasse nesciat. multi . . . sunt . . . qui non donant, sed proiciunt 21 sq. cf. Cic. de orat. II 65, 261: ut sementem feceris, ita metes 21 T: Seru. ad Aen. III 142 S: clausula 'omnibus annis' Ou. ex P. II 10, 43. Claud. bell. Goth. 540. Paul. Nol. XXI 57 et saepius 22 T: Charisius p. 267 K.: soloecismus per casus ut: 'uir bonus et sapiens dignis ait esse paratus' pro: ait se dignis paratum esse. consentit Seru. ad Aen. II 377 S: Auson. edyll. 30, 1 Sch.: 'uir bonus et sapiens' || Ennod. CCVI 6 p. 167 Vogel: compositus simplex, tu b o n u s e t s a p i e n s; cf. Mart. IV 5, 1: 'u i r b o n u s et pauper' 24 S: Lucr. V 1 sq.: d i g n u m . . . carmen condere p r o rerum maiestate 26 cf. Quint. inst. XI 3, 40: laterum firmitas 28 S: Claud. Eutrop. II 435: 'inter uina' in exordio hexam. 29—33 T: floril. Nostr.; uulpiculae . . . fabellam refert Porph. ad epist. I 7, 1. Horatius secutus est Lucilium || cf. Hieron. epist. ad Saluinam 79, 3 de uirginitate seruanda corp. script. eccl. Lat. uol. 55 sect. 1, 2 p. 91: docet et Aesopi

---

*Ω = A E F R γ δ' λ' ν π σ g m v* 18 Iam *m* tenear *σ* honustus *γ* 19 hec *Eg* relinquis *F λ'* relinquens *A* relinques *cett. gloss. Γ flor. Nostr.* 20 quae] que *λ* q. *A R1* 21 ingratos *A E1 aut pr. γ2 λ corr. π pr. g v flor. Nostr.* ingrato/// *R* ingrato *γ1 E2 aut corr. δ2 σ m z* ingratis *F λ' π corr.* ingrata *ν* 22 ait *A E R1 γ ν π pr. σ g2 m pr. Pseudacr. flor. Nostr., om. g1* agit *F R2 λ' π corr. m corr. z y* ag*it* (ł ait) *δ* agit *v* paratus *A1 F R δ λ'1 γ uar. ν pr. π1 σ1 uar. v z1 y Charis. Seru.* paratũṣ *E, corr. ead. m. (?)* paratum *A2 γ λ'2 π2 σ2 g m v1 uar. z2 flor. Nostr.* paratu *ν p. ras. σ1* ( ) 23 quid] qui *R1 π* 24 prestabo *A F γ δ' λ' ν σ m v* 25 noles *A E λ' p. ras. π p. ras. σ m v z2* nolles *F R γ δ' λ' π g quod quidem inrepsisse uidetur ex gloss.* ('nollet' *gloss. ε*) nolis *ν* unq *E y* (///) umquam *A* 26 augustia (///) *σ1* 28 figam *R1* cinerę *E pr.* cinere *γ pr.* cinare *R γ corr. v z1* cinyre (a) *ψ* cinyre *λ* cynirę *φ l* cynare *g* cinarae *A E corr. δ ν π σ m z2* merere *F γ δ' λ' σ g m v* maerere *A E R ν π* proterue *λ g z* 29 *in l scholiastae manu in marg. adscriptum est:* FABULA UULPECULAE uulpicula *R1* uulpecula *cett. Pseudacr. ad serm.* I 1, 53 *gloss. Mai flor. Nostr. eademque lectio Seruio ante oculos uersata esse uideatur testimonio epist.* I 13, 19

repserat in cumeram frumenti, pastaque rursus
ire foras pleno tendebat corpore frustra;
cui mustela procul ʿsi uisʾ ait ʿeffugere istinc,
macra cauom repetes artum, quem macra subisti.ʾ
hac ego si compellor imagine, cuncta resigno:
nec somnum plebis laudo satur altilium nec
otia diuitiis Arabum liberrima muto.
saepe uerecundum laudasti rexque paterque
audisti coram nec uerbo parcius absens:
inspice, si possum donata reponere laetus.
haut male Telemachus, proles patientis Vlixi:
ʿnon est aptus equis Ithace locus, ut neque planis
porrectus spatiis nec multae prodigus herbae:
Atride, magis apta tibi tua dona relinquam.ʾ
paruom parua decent: mihi iam non regia Roma,

---

fabula plenum muris uentrem per angustum foramen egredi non ualere || Augustin. contra mend. ad Consentium c. 28. Isidor. orig. I 39. Cyrill. apol. II c. 11 (Migne patrolog. Graec. uol. 76). Chrysost. orat. XLVII c. 20 Emp. Babri fab. 86 29 sq. ʿforte—frumentiʾ **T**: Pseudacr. § ad s. I 1, 53 ʿforte—cumeramʾ **T**: gloss. Mai class. auct. VIII 131 **33 S**: Phaedr. IIII 6, 3: artos . . . cauos **35 T**: prodrom. gloss. Lat. p. 327 L. **36 S**: Prisc. Perieg. 868: d i u e s A r a b s; cf. 896 **37 S**: Mart. II 68, 1 sq.: quod te nomine iam tuo saluto, quem regem et dominum prius vocabam e. q. s. **40** patientis Ulixi] **S**: Hom. Il. X 498: *ὁ τλήμων Ὀδυσεύς* (uar. lect.:) sapientis Ulixi] **S**: Prisc. perieg. 449: s a p i e n t i s U l i x i (in clausula) || Hom. Od. I 48: *ἀλλά μοι ἀμφ᾽ Ὀδυσῆι δαΐφρονι δαίεται ἦτορ* **41—44 S**: Hom. Od. IIII 605: *ἐν δ᾽ Ἰθάκῃ οὔτ᾽ ἄρ δρόμοι εὐρέες οὔτε τι λειμών* (cf. ib. 607 sq.) **44** ʿparuum parua decentʾ **T**: floril. Nostr. et Paris. 8818ᵃ **S**: Claudian. contra poet. uanos u. 14: quondam d e c u e r u n t ludicra p a r u u m || Cypr. Gall. Leuit. 64 sq.: munera p a r u u m p a r u a manent regia Roma] **S**: Mart. XII 8, 1 sq.: terrarum dea gentiumque Roma, cui par est nihil et nihil secundum

---

*Ω* = *A E F R γ δ′ λ′ ν π σ g m v* **30** in crumeram *v*1 in cameram *R*2 *ν π*1 *y* in cumeram *cett. Pph. ad h. u. Pseudacr. ad serm.* I 1, 53 *gloss. Mai flor. Nostr.* rursum *ν σ*1 rursus *cett.* **32** Cū *A*2 mustella *R a. ras. λ a. ras.* mutela *A*1 agit *A a. ras.* **33** arctum *v flor. Nostr.* quem] quod *ν* quod *σ* **34** Haec *Pph.* Hac// *R* compellor *A E F δ′ π σ g l m v Pph.* conpellor *R γ λ ν* () **36** Ocia *σ v* diuiciis *λ* **37** Sepe *E ν g m z* rex *om.* que *E* **38** Audistis *A a. ras.* partius *E F R δ′ λ′ ν π σ* **39** letus *λ g m* **40** Haut *E R*2 *γ λ*2 *σ m z*2 Haud *A δ*2 *v g l corr. v* At *F δ′*1 *λ*1 Aut *R*1 *π*1 *l pr.* Vt *π*2 pacientis *E*2 *γ* sapientis *E*1 *cum c* ulixi *E γ δ*2 *σ g* ulixei *A F R δ*1 *λ′ ν π*
h
*m v z* **41** ithace *E R g* hit,ace *A* ithacae *γ δ′ ν π σ*2 *m Pph. gloss. Γ* itacae *F λ*2 *σ*1 Ita cae *l* itace *λ*1 *v* **42** spaciis *F λ ν σ m v* multe *E* **43** Atridae
pt v
*γ ψ l a. ras. z* atra *l* **44** Parum *r* Paruum *Ω flor. Nostr.*

13*

sed uacuom Tibur placet aut inbelle Tarentum.
  strenuos et fortis causisque Philippus agendis
clarus, ab officiis octauam circiter horam
dum redit atque foro nimium distare Carinas
iam grandis natu queritur, conspexit, ut aiunt,
adrasum quendam uacua tonsoris in umbra
cultello proprios purgantem leniter unguis.
'Demetri', (puer hic non laeue iussa Philippi
accipiebat) 'abi, quaere et refer, unde domo, quis,
cuius fortunae, quo sit patre quoue patrono.'
it, redit et narrat, Volteium nomine Menam,
praeconem, tenui censu, sine crimine, notum
et properare loco et cessare et quaerere et uti,
gaudentem paruisque sodalibus et lare certo

---

**46—98 T**: floril. Nostr. **46 S**: Sen. ep. 77, 5: uir fortis ac strenuus || Cic. Phil. II 32, 78: redisti, ut cognosceret te, si minus fortem, attamen strenuum **50 S**: Petron. 32: adrasum excluserat caput **53 S**: Verg. Aen. VIII 114: qui genus? unde domo? || Sen. consol. ad Heluiam 6, 3: unde domo quisque sit quaere **55 S**: Ou. fast. I 126 et eleg. in Maecen. 6 Bähr. p. 126: it redit || multo saepius inuenitur itque reditque: Verg. Aen. VI 122. Tib. II 6, 46. Ou. trist. V 7, 14. Stat. Theb. VIII 49 **56 S**: Iuuenal. 7, 207: tenuem et sine pondere terram || Ou. am. I 3, 13. Quintil. decl. 301 p. 186, 3 Ritter: inops censu, sed integer, sine crimine, sine fabula || Capitol. Anton. c. 10, 4: multis..pauperibus, sine crimine.... dignitates ... concesset **58 S**: Sen. Med. 481 (478): per spes tuorum liberum et certum larem || Auien. descr. orbis 282: certi laris inscia gens est

---

*Ω = A E F R γ δ' λ' ν π σ g m v* 45 Set *γ* S, *E* tybur *δ'* imbelle *l* ībelle *g* inbelle *cett. post u.* 45 *nouam epistulam incipiunt F λ' y hac addita inscriptione (excepto l):* FABULA UULTEI *in codice A aliquid in marg. sinistro erasum est* **46** Strunuu' *A* Strennuus *σ g* Strenuus *cett. Pph. flor. Nostr.* phylippus *F λ'* philyppus *π* **47** offitiis *φ* **48** charinas *E* **49** gradis *A* nati *R*1 quaeritur *E F* ut *om. E*1 *add.* 2 uti *δ* **50** A*dr*asum *φ* Arrasum *σ v* Adrasum *cett.* quandam *π* tensoris *E* **51** proprios *Ω flor. Nostr.* proprio *y* purgantem] res*ec*antem *E* resecantem *g cum cod. Paris. p uar. a* 2. *m. Reginens.* purgantem *cett. flor. Nostr.* unguis *A*1 *R π* ungues *A*2 *cett. flor. Nostr.* **52** Dimetri *E γ* laeue *A* leue *R* (//) leue *E δ*2 *ν π*2 *σ g m v corr. aut* 2 *flor. Nostr.* leuę *γ* leui *F δ*1 *λ' π*1 *v*1 *aut pr. z* phylippi *F λ'* **53** quere *E γ λ σ g m z* **54** patre et q: *R*1 **55** It redit *A corr. E F*2 *γ δ ν π*2 *σ g l m v z*2 *flor. Nostr.* Id redit *A a. corr.* I//*i*t redit *R*2 Et redit *F*1 *R*1 *λ*1 *π*1 *z*1 uultei *F*1 uulteum *l v flor. Nostr.* uulteū (i) *λ* uult ei,ū *A* uultenī *g* uulteium *cett.* nominem enam *A* męnam *ν m* menan *γ* menam *cett. flor. Nostr.* **56** Preconem *γ δ' λ' σ ψ m v* Preconem (//?) *A* **57** locum *F δ'*1 *λ'*1 *π*1 *y* querere *γ λ ν m z* **58** paruis (q̄) sodalibus *δ* iacerto *R*1 lacerto (re) *π*

et ludis et post decisa negotia campo.
'scitari libet ex ipso quodcumque refers: dic
ad cenam ueniat.' non sane credere Mena,
mirari secum tacitus. quid multa? 'benigne'
respondet. 'neget ille mihi?' 'negat improbus et te
ne*c*legit aut horret.' Volteium mane Philippus
uilia uendentem tunicato scruta popello
occupat et saluere iubet prior: ille Philippo
excusare laborem et mercennaria uincla,
quod non mane domum uenisset, denique quod non
prouidisset eum. 'sic ignouisse putato
me tibi, si cenas hodie mecum.' 'ut libet.' 'ergo
post nonam uenies: nunc i, rem strenu*o*s auge.'
ut uentum ad *cenamst, dicenda tacenda locutus
tandem dormitum dimittitur. hic ubi saepe

---

59 **S**: Suet. Vesp. 21: post decisa quaecumque obuenissent negotia || Frontonis principia historiae p. 207 N.: post decisa negotia 65 **T**: gloss. Mai class. auct. VIII 537 **S**: Hieron. Hilarion: 'audiuit Methonae a quodam Iudaeo uilia populis scruta uendente' || id. in Ezech. c. 27: communi uocabulo: scruta uendentium || 'γρύτη scruta' gloss. uet. 66 **S**: Cic. ad Attic. IIII 14 extr.: Dionysium iube saluere 67 **S**: Iuuenc. euang. hist. III 696 sq.: tum iuuenis sese tam sordida uincla laboris nolle pati memorat 69 prouidisset] cf. Plaut. Asinar. II 4, 44 (450): non hercle te prouideram 72 **S**: Pers. 4, 5 dicenda tacendaque calles || Soph. Oed. Col. 1001: ῥητὸν ἄρρητόν τ' ἔπος || Martian. Cap. VIIII 998: fandis tacenda farcinat

---

*Ω* = *A E F R γ δ' λ' ν π σ g m v* 59 negoeia *λ* capo *δ1 ut uid.* 60 Sectari *g* quodcunque *E R m v* quocūque *π1* 61 cenam *A E R π g m v z flor. Nostr.* caenam *cett.* mena *m* mena *cett. flor. Nostr.* 62 quid] quit *A* qđ *l* 63 Respondet *A E F R γ λ' ν π σ1 m v* Respondit *δ' σ2 g flor. Nostr.* neget . . . negat *E1 F R δ' λ'1 ν σ2* negat . . . negat *A E2 γ λ'2 σ1 ψ2 g m v flor. Nostr.* *posterius* negat *om. π y* inprobus *R γ λ* ip̄bus *g* improbus *cett.*
*aut*
& te *λ* 64 Negligit *λ corr. v flor. Nostr.* Neglegit *cett.* uolteium *δ cum*
v
*Barcinon.* uolteium *z* uuolteium *F λ corr. aut2* uultenī *g* uulteium *cett.*
ł milia fracta
phylippus *F λ'* 65 scruta popello *φ* 66 Ocupat *F λ pr.* saluare *γ π1 σ* phylippo *F λ'* 67 Excusar*e R* mercenaria *A v flor. Nostr.* mærcēnaria *λ v* mercennaria *cett.* 69 Prouidisset *Ω flor. Nostr.* Praeuidisset *y* 'in alio
o
praeuidisset legitur' *gloss. Γ* ign*o*uisse *δ* igni uisse *A* ignouiss & *λ* 70 caenas *F R2 γ δ' ν l* 71 nuncirem *R a. ras.* nuncrem *A* strennuus *σ* 72 caenam *F γ δ ν σ l* est *hoc loco om. π, addit u.* 73 *post* dormitum 73 dimittur *γ m* hic *A E R2 γ δ2 λ uar. ν π2 σ g m v, om. F1 R1 δ1 π1* hic] est *λ' ψ2* ast *φ corr. l2 cum Petropolit. Valent.* II *flor. Nostr.* ergo *z*

occultum uisus decurrere piscis ad hamum,
mane cliens et iam certus conuiua, iubetur
rura suburbana indictis comes ire Latinis.
impositus mannis aruom caelumque Sabinum
non cessat laudare. uidet ridetque Philippus,
et sibi dum requiem, dum risus undique quaerit,
dum septem donat sestertia, mutua septem
promittit, persuadet uti mercetur agellum.
mercatur. ne te longis ambagibus ultra
quam satis est morer: ex nitido fit rusticus atque
sulcos et uineta crepat mera, praeparat ulmos,
immoritur studiis et amore senescit habendi.
uerum ubi oues furto, morbo periere capellae,
spem mentita seges, bos est enectus arando,
offensus damnis media de nocte caballum

---

74 **S**: Plaut. curcul. III 61 (431 R.): meus hic est: hamum uorat || Graeci dicunt δελεάζειν 76 **S**: Ou. a. a. II 265: 'rure suburbano' in exordio uersus || comes ire ⏑ - -] item Verg. Aen. II 704. Valer. Flacc. VII 202. Stat. s. III 5, 43. V 1, 127. Achill. I 539 77 sq. 'impositus—laudare' **T**: gloss. Mai class. auct. VIII 349 83 nitidus = urbanus opp. rusticus: Ambros. serm. 32 82 sq. **S**: Ou. met. VII 520: neu longa ambage morer uos 84 crepat] **S**: Lucr. II 1170 || cf. Mart. IIII 78 (79), 8: Sigeriosque meros Partheniosque sonas 85 **S**: Plaut. Stich. I 3, 62 (215) sq.: prae maerore ades miser atque aegritudine consenui || Ou. fast. I 195: amor, qui nunc est summus habendi || id. met. I 131: amor sceleratus habendi || Verg. Aen. VIII 327: et amor successit habendi || georg. IIII 177: innatus apes amor usque habendi || Prudent. psychom. 478: amor insatiatus habendi 87 **T**: Prisc. inst. VIIII 6, 34. floril. cod. Cusani C 14 **S**: Sil. It. VII 160: numquam tellus mentita colono || Tib. II 1, 19: neu seges eludat messem fallacibus herbis 'bos—arando' **T**: gloss. Mai class. auct. VIII 202 et 371 88 **S**: Iuu. 14, 190:

---

Ω = *A E F R γ δ' λ' ν π σ g m v* 74 uisus *v* (est *superscr.*) uis^us *z* pisces *A*1 *R*1 *γ* amum *A R*1 *γ σ l pr.* 75 et iam *A p. ras. E F δ ν π* etiam *A a. ras. R γ λ' σ g m v z flor. Nostr.* couiua *δ* 77 Inpositus *A E F λ ν π gloss. Mai* Impositus *cett. flor. Nostr.* manis *A* ma^n^nis *γ* inannis *R*1 mannus *φ a. ras.* mannas *λ pr.* aruum *Ω* celum *E λ σ g z* 78 lauda^re^ti *A* phylippus *F λ'* philyppus *π*1 79 querit *σ m v z* 80 Tum *ν*2 *g* sestercia *E g* 81 Promittis *R*1 mercemur *l* 82 n & e *R* neτ elongis *A (superscr. lineola ab a. m. add.)* nec te *π l* ne te *cett. flor. Nostr.* ambigibus *A*1 ambiguus *R π*1 ambagi^bus^, *l* 83 mores *l a. corr.* 84 preparat *A γ λ σ m v z* p̄para *δ* 85 Inmoritur *E ν flor. Nostr.* Immoritur *cett.* 86 Uerū ibi *E* perir^e^e *z* perire *A*1 *δ flor. Nostr.* capelle *λ g* 87 bos ēẹ enectus *γ* ^v^nectus *A*1 88 Offensis *A* dampnis *F δ' λ' v flor. Nostr.*

arripit iratusque Philippi tendit ad aedis.
quem simul aspexit scabrum intonsumque Philippus,
'durus' ait, 'Voltei, nimis attentusque uideris
esse mihi.' 'pol me miserum, patrone, uocares,
si uelles' inquit 'uerum mihi ponere nomen.
quod te per Genium dextramque deosque Penatis
obsecro et obtestor, uitae me redde priori!'
  qui semel aspexit, quantum dimissa petitis
praestent, mature redeat repetatque relicta.
metiri se quemque suo modulo ac pede uerum est.

---

media de nocte || Mart. VI 89, 1: media iam nocte || anthol. Lat. 148, 1: media sub nocte (eadem uersus sede) **90 S**: Ou. fast. IIII 431: quam simul aspexit || id. met. III 486. fast. V 235 **91 T**: Prisc. inst. VII 5, 22 **92** sq. **S**: Eurip. Iph. Taur. 500: *τὸ μὲν δίκαιον δυστυχεῖς καλοίμεθ' ἄν* || Plaut. Pers. IIII 4, 94 (646) sq. **94** sq. **S**: Ter. Andr. I 5, 54. 56 (289. 291) sqq.: quod te ego per dextram hanc oro et per genium tuom te obtestor ne e. q. s. || cf. Sil. It. XIII 463 sq. **98 T**: floril. Paris. 8069 **S**: Cic. off. I 31, 110: nos studia nostra nostrae naturae regula metiamur || Lucan. VIII 527: metiri sua (al. se) quemque (codd. add.: regna) decet uiresque fateri || Auian. fab. V 1 sq.: metiri se quemque decet . . . propriisque iuuari laudibus || Babr. 67, 9: *μέτρει σεαυτόν* || Paulus epist. ad Cor. II 10, 12: *αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες* || Graecum prou.: *μηδὲ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα* || cf. Sen. de ira 3, 7 || Lucian. imag 21: *παραμετρῇς τῷ οἰκείῳ μέτρῳ ἑκάτερον* uerum est] cf. Prisc. inst. XVIII 206 interpolatus: nostri quoque uerum pro iusto et iustum pro uero frequenter ponunt || Seru. ad Verg. Aen. XII 694: alii . . . . ueteri more dictum accipiunt; uerum enim quod rectum et bonum esset, appellabant

---

*Ω = A E F R γ δ' λ' ν π σ g m v* **89** Eripit *π p. ras. φ* Arripit *φ uar. cett. flor. Nostr.* philippe *R1* phylippi *F λ'* philyppi *π* aedis *R π* aedes *E γ ν σ l m v z* haedes *F* h̄ędem (s) *δ* a|ı|d|ı///// adedes *A1* edes *A2 λ g flor. Nostr. u.* 90 *om. A1* **90** Que *g* aspexit *Ω flor. Nostr.* philippis *R1* phylippus (v) *F λ'* philyppus *π* **91** Duros *δ* uoltei *δ* uultei *cett. flor. Nostr.* attentus *A E R γ δ2 λ' corr. ν σ g m v z flor. Nostr. Prisc.* adtentus *F λ' pr. π* attendus *δ1* uideres *R1* **92** poli ne *E* me miserum me *v* **93** ponere *A E γ λ uar. ν uar. σ g* imponere *z2* dicere *A2 uar. F R δ λ' ν π m v z1 flor. Nostr.* **94** penatis *π* penates *cett. flor. Nostr.* **95** ob//testor *γ* **96** semel aspexit *R y cod. Mart. Cruquii et aliquot Lambini* simul aspexit *cett. flor. Nostr.* dimessa *π1* dim(e)essa *R* demissa *γ ν* **97** Prestant *A* Prestent *E δ' σ φ v* maturae *A E R γ δ π a. ras. m*

## VIII.

Celso gaudere et bene rem gerere Albinouano
Musa rogata refer, comiti scribaeque Neronis.
si quaeret quid agam, dic multa et pulchra minantem
uiuere nec recte nec suauiter; haut quia grando
contuderit uitis oleamque momorderit aestus,
nec quia longinquis armentum aegrotet in agris,
sed quia mente minus ualidus quam corpore toto
nil audire uelim, nil discere, quod leuet aegrum,
fidis offendar medicis, irascar amicis,
cur me funesto properent arcere ueterno,
quae nocuere sequar, fugiam quae profore credam,
Romae Tibur amem, uentosus Tibure Romam.

---

I. 8. 3 S: Phaedr. IIII 23, 4 ed. L. Müller: qui, magna cum minaris: extricas nihil 4—12 T: floril. Nostr. 7 S: Ou. trist. III 8, 33 sq.: nec melius ualeo, quam corpore, mente, sed aegra est utraque pars aeque || in fine hexam. 'corpore toto' saepissime apud Lucr., aliquotiens apud Ouid., semel apud Vergil. 10 T: 'cur—properas arcere ueterno' gloss. Mai class. auct. VIII 602 S: Rutil. itiner. 391 H.: septima quaeque dies turpi damnata ueterno 11 S: Ou. met. VII 20 sq.: uideo meliora proboque, deteriora sequar || cf. Sen. epist. 21, 1: melius probas honesta quam sequeris || id. Phaedr. 178 sq.: furor cogit sequi peiora; uadit animus in praeceps sciens || Eurip. fr. 838 N.[2]: *αἰαῖ, τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακόν, ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθόν, χρῆται δὲ μή* || id. Hippol. 379 sqq. 12 T: Porph. et schol. F ad s. II 7, 28. Seru. ad Aen. IIII 224. floril. Nostr.

---

I. 8. *Ω = A E F R γ δ' λ' ν π σ g m v* AD CELSVM (CLESVM *A*) ALBINOVANVM (ALVINOVANVM *γ* ALBINOBANV̄ *λ* ALBIUANUM *R* ALBINVUANUM *δ*) COMITEM (*om. v*) NERONIS (*om. v*) *A E F R γ δ' λ' g2 m v (fr. cons. L) inscr. om. ν π σ* 1 rem///gerere *δ* gerere Albinouano] ^ albino uano ^gerere *σ* albiuano *R2* albinouado *g1* albinouanum *v1* 2 scribe *λ g m v* 3 quaeret *R δ ν π ψ l* queret *A2 E λ φ v z* querit *A1 σ m* quaerit *γ g* pulcra *F λ' v uar.* pulc*h*ra *l* p̄clara *v* 4 rectę *γ* nec] ne *l* suaue *σ* haut *E R1 λ pr. σ m flor. Nostr.* haud *A F R2 γ δ ν π2 g l v z* aut *λ corr. π1* 5 Contunderit *A1* uitis *E pr. ut uid. R π* uites *cett. flor. Nostr.* oleamque *A F R γ δ' λ' ν π g m v flor. Nostr.* oleumque *σ* oleamue *E cum μ Reginens.1* 6 longinqu*is* *δ* arment*um* *R* egrotet *λ g* agrotet *A* egrotat *flor. Nostr.* inagis *A1* agris *cett. flor. Nostr.* 7 S, *E* ualibdus *A1* 8 *DEFICIT COD. δ VSQVE AD EPIST.* II 2, 19 *Ω = A E F R γ λ' ν π σ g m v z* nihil discere *R1 z* egrum *F g* 10 me] mihi *E* fumesto *R a. ras.* funesto q *F* properant (e) *A* arcere] algere *aut* augere *R1* urguere *π* arcere *cett. Pph. flor. Nostr.* 11 fug(i)am *R* que *A R1 z1* creda *A1* 12 Rome *λ ν σ g m* amen *R1* uentosus *A E R1 γ λ uar. ν π2 uar. σ ψ uar. g m v1 z2 Pseudacr. Seruius flor. Nostr.* uenturus *F R2 λ' π v2 z1 y Porph. ad serm.* II 7, 28()

post haec, ut ualeat, quo pacto rem gerat et se,
ut placeat iuueni, percontare, utque cohorti.
si dicet 'recte', primum gaudere, subinde
praeceptum auriculis hoc instillare memento:
'ut tu fortunam, sic nos te, Celse, feremus.'

---

## VIIII.

Septimius, Claudi, nimirum intellegit unus,
quanti me facias. nam cum rogat et prece cogit,
scilicet ut tibi se laudare et tradere coner,
dignum mente domoque legentis honesta Neronis,
munere cum fungi propioris censet amici:
quid possim uidet ac nouit me ualdius ipso.
multa quidem dixi, cur excusatus abirem;
sed timui, mea ne finxisse minora putarer,
dissimulator opis propriae, mihi commodus uni.
sic ego, maioris fugiens obprobria culpae,

---

16 S: Iuu. 3, 122 sq.: facilem stillauit in aurem exiguum de naturae patriaeque ueneno || Boeth. de philos. consol. I 4, 31: instillabas enim auribus cogitationibusque meis cottidie Pythagoricum ἕπου θεῷ || cf. Sen. de benef. VI 16, 6 instillare memento] S: Stat. silu. IIII 4, 11: haec reddere uerba memento 17 T: floril. Nostr. S: Cic. de off. I 26, 90

I. 9. 1 T: Pseudacro ad carm. II 6, 1 2 S: Plin. ep. VIIII 21, 4 uereor ne uidear non rogare, sed cogere, si precibus eius meas iunxero || Ps.-Publil. Syr. p. 121 W.: cogit rogando, qui rogat potentior 6 T: Pseudacr. ad a. p. 321: 'ualdius' pro ualidius ut alibi: nouit me ualdius ipso 7–9 T: floril. Nostr. 8 S: Aristot. eth. Nicom. IIII 7, 3: ὁ δὲ εἴρων δοκεῖ . . . ἀρνεῖσθαι τὰ ὑπάρχοντα ἢ ἐλάττω ποιεῖν

---

Ω = *A E F R γ λ' ν π σ g m v z* 14 perconctare *σ v* percontare *cett.* atque *E2 y* utque *cett. Pph.* choorti *σ* 16 Preceptum *A F γ λ' σ z* auricolis *σ* 17 sic te nos *g* noc *te λ pr.* feramus *R*

I. 9. AD CLAVDIVM NERONEM *A F R γ λ' g2 v z cum Lfr* SEPTIMUM CŌMENDAT NERONI *E* Claud̄ neroni septimū amicū suū V cmendat *m* *inscr. carent ν π σ g1* 1 Septimus *E λ pr. σ φ a. corr.* CLA,DI *A* intelligit *l v z* intellegit *cett.* *u. 2 om. l pr. aut1* 2 me] te *σ* facies *R1 λ pr.* 4 lengentis *A* 5 Munerae *R* cumfingi *R1* confungi *R2* proprioris *R γ a. ras. π a. ras.* propioris *m* 6 Quis *A pr.* ac nouit *E ν σ1 g m y* acnouit *A2 γ* agcnouit *A1* agnouit *F R λ' π σ2 v z* ualidius *γ* 7 excussatus *R* 8 Set *γ* ne] non *F λ a. ras.* fixisse *v* 9 proprie *g z1* *u. 10 om. m* 10 opprria *E* opprobria *A R ν v cum r1* obprobria *cett.* culpe *λ g*

frontis ad urbanae descendi praemia. quodsi
depositum laudas ob amici iussa pudorem,
scribe tui gregis hunc et fortem crede bonumque.

---

## X.

Urbis amatorem Fuscum saluere iubemus
ruris amatores, hac in re scilicet una
multum dissimiles, ad cetera paene gemelli
fraternis animis, quicquid negat alter, et alter,
adnuimus pariter: uetuli notique columbi,
tu nidum seruas, ego laudo ruris amoeni
riuos et musco circumlita saxa nemusque.
quid quaeris? uiuo et regno, simul ista reliqui,
quae uos ad caelum fertis rumore secundo,

---

11 sq. **S**: Mart. XI 27, 7: aut cum perfricuit frontem posuitque pudorem   12 **S**: Mart. III 68, 5: deposito post uina rosasque pudore   13 **S**: Ter. eun. V 8, 54 (1084): unum etiam uos oro, ut me in uestrum gregem recipiatis || Cic. ad fam. XIII 77, 2: M. Bolanum, uirum bonum et fortem . . . tibi magno opere commendo

I. 10. 1 **T**: schol. cod. Monac. 375 fol. 139 ad s. I 9, 61. gloss. Mai class. auct. VIII 548   **S**: Venant. Fort. carm. V 3, 5: urbis amator || Plaut. asin. II 2, 30 (296): iubeo te salvere uoce summa || Lucil. VI 230 Marx: saluere iubere || Auson. epist. 4, 2 Sch.: iubeo saluere || Aristoph. Ach. 200: *χαίρειν κελεύων κτλ.*   2–5 **S**: Ou. ex P. III 2, 87 sq.: exstitit hoc unum, quo non conuenerit illis: cetera par concors et sine lite fuit   4 cf. Menand. fr. 262 Mein.: *ἡδύ γ' ἐν ἀδελφοῖς ἐστιν ὁμονοίας ἔρως* || Orientius commonit. II 119: 'alter et alter' in clausula   7 'circumlita' **T**: Philoxenus prodrom. gloss. Lat. p. 189 L.   **S**: Catull. 68, 58: riuus muscoso prosilit e lapide || cf. Calpurn. ecl. 6, 67 sq. Verg. ecl. 6, 62   8 **S**: Iuu. 2, 134: 'quid quaeris?' || Cic. ad fam. VII 24, 1: olim, cum regnare existimabamur   9 **S**: Dictys Cret. IIII 8: Aiacem . . . laudibus celebrant atque ad caelum ferunt   rumore secundo] Enn. ann. VII 254 sq. ap. Non. IIII 385 M.: ruinas: mox auferre domos populi rumore

---

*Ω = A E F R γ λ' ν π σ g m v z*   **11** urbane *λ g z*1   proemia *E*   premia *A m v z*   *u.* 13 *om. π pr.*   **13** bonumq;///// *γ*

I. 10. AD ARISTIVM FVSCVM GRAMMATICVM (GRAMAT: *A* CRAMAT: *λ* GRA^T^ECVM *R, om. m v*) *A F R γ λ' m v z (L), add. F λ' m z (r)*: IN URBE COMMORANTEM (CONM: *λ*); FVSCO ARISTO IN URBE CŌMORANTI *E*   *inscr. carent ν π σ g*   **1** saluare *A γ pr.*   saluire *glossar. Mai*   **3** at *E ν*2 *z y*   ad *A F R γ λ' ν*1 *π σ g m v* ()   caetera *F γ ν σ l m*   paenę *A*   poenæ *γ*   pọene *l*   pene *E F λ g v z*   gimelli *E*   **4** quidquit *g*   siqd *E*   quicquid *cett.*   **5** Adnuimus *A*1 *E F R γ λ'*   Annuimus *A*2 *ν π σ g m v z*   **8** queris *A E γ λ σ m z*   relinqui *A*   **9** celum *λ g*   fertis *A E F R γ λ' ν π g z*   effertis *σ m v y* ()

utque sacerdotis fugitiu*o*s liba recuso.
pane egeo iam mellitis potiore placentis.
  uiuere naturae si conuenienter oportet,
ponendaeque domo quaerenda est area primum,
nouistine locum potiorem rure beato?
est ubi plus tepeant hiemes, ubi gratior aura
leniat et rabiem Canis et momenta Leonis,
cum semel accepit Solem furibundus acutum?
est ubi diuellat somnos minus inuida cura?
deterius Libycis olet aut nitet herba lapillis?
purior in uicis aqua tendit rumpere plumbum,
quam quae per pronum trepidat cum murmure riu*o*m?
nempe inter uarias nutritur silua columnas,

---

secundo (in claus.) || Verg. Aen. VIII 90: ergo iter inceptum celerant rumore secundo || Sueius ap. Macrob. Saturn. VI 1: redeunt, referunt rumore petito secundo (in claus.) || Claud. carm. min. XXV 63. carm. epigr. 252, 2: rumore secundo (in claus.) || Lact. inst. diu. III c. 8, 39: honor ad aliquem secundo rumore delatus **12–44 T**: floril. Nostr. **13 S**: Verg. ge. I 182: posuitque domos **14 S**: Mart. III 47, 6: omnes beati copias trahens ruris **15 S**: Auson. ep. 25, 97 Sch.: egelidae ut tepeant hiemes **17 T**: Pseudacr. schol. *Γ* ad s. II 3, 163 **S**: Hesiod. ἔργ. 414: *μένος ὀξέος ἠελίοιο* **18 S**: Verg. ge. III 530: nec somnos abrumpit cura salubris || Plut. de uirt. et uit. 2 p. 100 F: *φροντίσι καὶ μερίμναις καὶ ζηλοτυπίαις ἐκκόπτουσα τὸν ὕπνον καὶ διαφθείρουσα* || Claud. in Rufin. I 211 sqq.: hic mollis panditur herba sollicitum curis non abruptura soporem || Anacreont. 3, 9 de Amore: *κατά μεν σχίσεις ὀνείρους* || cf. Sen. Herc. Oet. 644 (648) sq.: caespes Tyrio mollior ostro solet impauidos ducere somnos **19 S**: Mart. VIIII 57, 6: litoribus nitent lapilli || Calpurn. ecl. 6, 72: melior uiret herba tapetis **21 S**: Manil. IV 417: pronis fugientia (al. pactis fulgentia) flumina riuis || Verg. copa 12: est crepitans rauco murmure riuus aquae || Ou. rem. am. 177: aspice labentis iucundo murmure riuos || Claud. in Rufin. I 214: labentis murmura riui || Auson. edyll. 6, 7 = ed. XXIIII 2, 7 Sch.: sine murmure riuos || cf. Quintil. decl. XIII 3 p. 251 R.

---

*Ω* = *A E F R γ λ′ ν π σ g m v z* **10** Utq,$^{ve}$ *A* fugiti,$^{v}$us *l* fugitiuus *cett. Pph.* biba *z* recusam *m* **11** aegeo *z* pociore *λ* **12** si] sic *F λ′ π a. ras.* **13** Ponendae *Ω gloss. Γ flor. Nostr.* Ponenda *fuar. a manu schol.* () domo$^{ꝑ\ domui}$ *γ* d*omvi E quod inrepsit ex gloss.* domo *om. g1* querenda *λ g z* *uu.* 14—20 *non liquet ν* *uu.* 15–17 *om. σ1* **15** Ast *z a. corr.* Est *z corr. item u.* 18 tepe*ant E* ubi gratior — 16 Canis *om. A1* **16** Canis et] cani fert *E a. ras.* **18** diuellat *E pr. F R λ′ ν π σ2 uar. z* () depellat *A E corr. γ σ g m v flor. Nostr.* somn*o*s *π* **19** libicis *E γ π σ l v z* mittet *z pr.* **21** que *A* trepidas$^{t}$ *A* *murmure* $^{n}_{p}$ *ri it//ū R* $^{n}_{p}$ ri*u* um *ν* riuum *cett. flor. Nostr.* **22** columpnas *z* *post u.* 22 *in π sex uersus erasi sunt, tum sequitur u.* 23

laudaturque domus, longos quae prospicit agros.
naturam expelles furca, tamen usque recurret
et mala perrumpet furtim fastidia uictrix.
  non, qui Sidonio contendere callidus ostro
nescit Aquinatem potantia uellera fucum,
certius accipiet damnum propiusue medullis,
quam qui non poterit uero distinguere falsum.
quem res plus nimio delectauere secundae,
mutatae quatient. siquid mirabere, pones
inuitus. fuge magna: licet sub paupere tecto
reges et regum uita praecurrere amicos.
  ceru*o*s equ*o*m pugna melior communibus herbis

23 **S**: Ou. met. VIII 330: prospicit arua 24 **T**: floril. Paris. $8818^a$ **S**: Iuu. 13, 239 sq.: tamen ad mores natura recurrit damnatos, fixa et mutari nescia 'expelles furca' **S**: Lucian. Tim. 12: *μονονουχὶ δικράνοις ἐξεώθει με τῆς οἰκίας* || Aristoph. pax 637: *δικροῖς ἐώθουν τὴν θεὸν κεκράγμασιν* 26 **S**: Stat. silu. V 1, 225 sq.: hic te Sidonio uelatam molliter ostro . . . composuit (coniunx) 27 **S**: Auien. II [Arat.] 346: Assyriumque bibunt noua uellera fucum (al. sucum) || Claud. in Rufin. I 207: rapiunt Tyrios (t)ibi uellera fucos (al. sucos) || Ou. a. a. III 187: lana tot aut plures sucos bibit || Paulin. c. 17, 23: medicata uellera fuco 28 **S**: Ou. am. II 19, 43: mordeat ista tuas aliquando cura medullas || Eur. Hipp. 255: *πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς* 29 **S**: Epict. diss. I 11, 11: *καὶ μὴν τὸ μὲν τῶν χρωμάτων καὶ ὀσμῶν, ἔτι δὲ χυλῶν κριτήριον ἀγνοεῖν τυχὸν οὐ μεγάλη ζημία, τὸ δὲ τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν καὶ τῶν κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν τῷ ἀνθρώπῳ δοκεῖ σοι μικρὰ ζημία εἶναι τῷ ἀγνοοῦντι; ἡ μεγίστη μὲν οὖν* || Sen. epist. 71, 7: Socrates . . . . hanc summam dixit esse sapientiam: bona malaque distinguere || Pers. 5, 105: ueri speciem dinoscere calles || Iuu. 10, 2—4: pauci dinoscere possunt uera bona atque illis multum diuersa, remota erroris nebula || Apoll. Sidon. carm. 15, 111: quod sapiunt ueroque valent discernere falsum || Alcim. Auit. carm. II 203: falsum discernere uero 30—32 **S**: Sen. cons. ad Helu. 5, 4: neminem aduersa fortuna comminuit, nisi quem secunda decepit || M. Antonin. VII 27: *φυλάσσου μὴ διὰ τοῦ οὕτως ἀσμενίζειν αὐτοῖς* (bonis caducis) *ἐθέλῃς ἐκτιμᾶν αὐτά, ὥστε, ἐάν ποτε μὴ παρῇ, ταραχθήσεσθαι* 30 sq. 'quem—mutatae quatient' **T**: floril. Paris. $8818^a$ 32 sq. **S**: Sen. Octau. 915 sq. P.: bene paupertas humili tecto contenta latet 34 sqq. cf. Aristot. rhet. II 20: *Στησίχορος . . . εἶπεν αὐτοῖς λόγον, ὡς ἵππος κατεῖχε λειμῶνα μόνος. ἐλθόντος δ' ἐλάφου καὶ διαφθείραντος τὴν νομὴν βουλόμενος τιμωρήσασθαι τὸν ἔλαφον ἠρώτα τὸν ἄνθρωπον, εἰ δύναιτο μετ' αὐτοῦ κολάσαι τὸν ἔλαφον. ὁ δέ φησιν,*

v
*Ω* = *A E F R γ λ' ν π σ g m v z* 23 domos *l* conspicit *γ* 24 expelles *Ω flor. Nostr.* expellas *y* repelles *flor. Paris.* $8818^a$ 25 prorumpet *ν v flor. Nostr.* furtum *R a. ras.* fastidia $A_2$ *E σ g* $z_2$ *flor. Nostr.* fastigia $A_1$ *F R γ λ' ν π m v* $z_1$ uestigia *y* 26 siṭdonio *A* 27 pontantia *R a. ras.* potentia
e
*A* $γ_1$ *φ pr.* uel lara *A* uellere $R_1$ 28 dampnum *F λ' ν v z* propiusque $A_1$ *γ* $σ_1$ $g_2$ propriusue *R* propiusue $A_2$ *cett. flor. Nostr.* ( ) 31 Mutate *A* Motatae *E* quacient *E* $A_2$ faciunt $A_1$ miraberę *A* mirarabere *γ* pone$^s$ *E* 32 Inui///tu' *A* 33 uitę $A_1$ precurrere *v z* 34 Ceruus *Ω* equum *Ω flor. Nostr.*

pellebat, donec minor in certamine longo
implorauit opes hominis frenumque recepit;
sed posquam uictor uiolens discessit ab hoste,
non equitem dorso, non frenum depulit ore.
sic, qui pauperiem ueritus potiore metallis
libertate caret, dominum uehet improbus atque
seruiet aeternum, quia paruo nesciet uti.
cui non conueniet sua res, ut calceus olim,
si pede maior erit, subuertet, si minor, uret.
  laetus sorte tua uiues sapienter, Aristi,
nec me dimittes incastigatum, ubi plura
cogere, quam satis est, ac non cessare uidebor.
imperat aut seruit collecta pecunia cuique,

---

*ἐὰν λάβῃ χαλινὸν καὶ αὐτὸς ἀναβῇ ἐπ' αὐτὸν ἔχων ἀκόντια. συνομολογήσαντος δὲ καὶ ἀναβάντος ἀντὶ τοῦ τιμωρήσασθαι αὐτὸς ἐδούλευσεν ἤδη τῷ ἀνθρώπῳ* **36 S**: Stat. s. III 5, 26: tua frena libens docilisque recepi **37—41 S**: Stat. s. I 1, 54 sq.: hic domini (40) numquam mutabit habenas perpetuus frenis (38), atque uni seruiet (41) astro **37 S**: Ou. trist. II 177: hic tibi sic redeat superato uictor ab hoste || Ou. met. XV 569: ut uictor domito remeabat ab hoste **40 sq. S**: dominus = *κύριος* (Epict. enchir. 14, 2), seruit = *δοῦλός ἐστι* (Epict. diss. 4, 1): sunt termini stoicorum || Marcell. palingen. zodiac. uit. Leon. 452 sqq.: turpissima res est nimirum, possis cum liber uiuere paruo, quaerere seruitio maioris praemia census, ac libertatem, sine qua laudabile nil est, uendere et imperium domini tolerare superbi **41 T**: floril. Paris. 8818 a. Augustin. in heptateuch. I 31 **S**: Claud. in Rufin. I 200 sq.: contentus honesto Fabricius paruo || ibid. 215 sq.: uiuitur exiguo melius. natura beatis omnibus esse dedit, siquis cognouerit uti **42 sq. T**: floril. Paris. 8069 **S**: prouerb.: *μηδὲ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα* (uid. supra adn. epist. I 7, 98) **44 S**: Mart. VII 2, 5: felix sorte tua || Dracont. Romul. II 107: felix sorte sua **44—46 S**: Sen. ep. 2, 4: honesta . . . res est laeta paupertas. illa uero non est paupertas, si laeta est || Epict. fr. 129 Dübn.: *εὐγνώμων ὁ μὴ λυπούμενος ἐφ' οἷς μὴ ἔχει* **45 sq. S**: Boeth. cons. philos. III carm. 3, 2: non expleturas cogat auarus opes **47 sq. T**: floril. Nostr. [sine interpol.] || Donat. ad Ter. hec. II 1, 27 (224) **S**: Sen. de uit. beat. 26, 1: diuitiae . . . apud sapientem

---

*Ω = A E F R γ λ' ν π σ g m v z* **36** Inplorant *R*1 Inplorauit *R*2 *ψ* Implorauit *cett. flor. Nostr.* fronum (e superscr.) *g* regnum *π*, *ab* 2. *manu superscr.* ł frenum **37** Set *γ* posquam *α* uiolens uictor *E cum μ* uictor uiolens *cett. flor. Nostr.* **38** equidē *A a. corr.* **39** ueritus] fugiens *ν* *ueritus E* priore *A pr.* potentiore *π a. ras.* **40** uehit *Ey* uehet *cett. Pph. flor. Nostr.* inprobus *R*1 *ν Pph. Pseudacr. flor. Nostr.* ĩprobus *g* improbus *A R*2 *cett.* **41** qui *γ p. ras. Augustinus florilegia Nostr. et Paris.* 8818 a qua *σ*1 quia *cett.* paruo quia nesciet *ν* nesciat (g superscr.) *A pr. z*1 nesciet *A corr. z*2 *cett. testimonia* **42** ut] et *F λ' z* **43** uret *v* urget *σ g m y* **44** sortae *A* uiuis *E*1 eristi *E*1 **45** dimittis *R ν π* dimittes *cett.* dimittas *f*1 *cum aliis* **46** fatis ē *γ* ac] hac *σ* *ac R* **47** imperet *σ* aut *Ω flor. Nostr.* ac *β*1 seruet *σ*1

tortum digna sequi potius quam ducere funem.
  haec tibi dictabam post fanum putre Vacunae,
excepto, quod non simul esses, cetera laetus.

---

## XI.

Quid tibi uisa Chios, Bullati, notaque Lesbos,
quid concinna Samos, quid Croesi regia Sardis,
Zmyrna quid et Colophon? maiora minoraue fama,
cunctane prae campo et Tiberino flumine sordent,
an uenit in uotum Attalicis ex urbibus una,
an Lebedum laudas odio maris atque uiarum?
  scis, Lebedus quid sit: Gabiis desertior atque

---

uirum in seruitute sunt, apud stultum in imperio || Publil. Syr. 998 ed. Bothe: pecunia est ancilla, si scis uti, si nescis, era || Iuu. 10, 12 'congesta pecunia' eadem uersus sede || Bion ap. Diog. Laert. IIII 50 de auaro: *οὐχ οὗτος τὴν οὐσίαν κέκτηται, ἀλλ' ἡ οὐσία τοῦτον* || August. tract. XXX p. 130, 231 ed. G. Morin: 'possideat, non possideatur' || Ps.-August. (Quod uult deus?) sermo de tempore barbarico c. 6 (Migne XL 704): 'possedit, non possessus est' || Gregor. M. hom. in euang. XXXVI 11 (Migne LXXVI 1272 D): ut terrena res possideatur, non possideat 47 **S**: Columb. ad Seth. u. 51: ne subitis pereat collecta pecunia flammis 49 cf. testim. ad epist. II 2, 214 50 **S**: Cic. ad Quint. fr. II 12, 1 B.: ego me in Cumano et Pompeiano, praeterquam quod sine te, ceterum satis commode oblectabam || Alciphr. I 39, 3 M.: *οἷον ἡμῶν ἐγένετο τὸ συμπόσιον . . . ὅσων χαρίτων πλῆρες . . . ἓν μόνον ἡμῖν ἔλιπε, σύ· τὰ δ' ἄλλα οὔ* || Ou. ex P. IIII 14, 3. Quintil. inst. VIIII 4, 79

I. 11. 1 **S**: Ter. eun. II 2, 42 (273) sq.: quid uidetur hoc tibi mancipium? 2 sq. **T**: Prisc. instit. VII 17, 83: 'Smyrna quid et Colophon, quid Croesi regia Sardis' 4 **S**: Verg. ecl. 2, 44: sordent tibi munera nostra 6 **S**: Tac. ann. II 14: si taedio uiarum ac maris finem cupiant || Thuc. VI 49: *Μέγαρα . . . ἀπέχοντα Συρακουσῶν οὔτε πλοῦν πολὺν οὔτε ὁδόν* || Ou. trist. V 4, 1 sq.: epistula . . . lassaque facta mari lassaque facta uia || met. III 448 sq.: nec nos mare separat ingens nec uia 7 sq. (et

---

*Ω = A E F R γ λ' ν π σ g m v z* 48 dign*a* *z* pocius *λ g* 49 dictabā̃t *g* 50 quod] qđ̃s̃ *F* esse *R* caetera *F γ λ' ν π σ m z* letus *γ g*

I. 11. AD BVLLATIVM *A E F R γ λ' m v z cum Lfr, add. E*: REVERSUM DE ASIA *inscr. carent ν π σ g* 1 QVIT *A* CHIVS *A1* lespos *E σ* 2 concinnas amos *A* 3 Zmyrna *A R λ2 ν ψ2* Zmirna *E γ φ g z* Smyrna *λ1 π σ ψ1 m* (S *in ψ et λ a miniatore addita*) Smirna *l v* quid et] *aut* quidem et *aut* quidem *codd. Prisciani* cholophon *F λ'* colopho^n.//// *z* minoraq, *E y* minoraue *cett.* minorane *Reginens.* 4 Cunctane *E F λ' ν2 σ g m v z* Cunctaque *A R γ ν1 ut uid. π* precam ∾ poectiberino *γ* tibirino *R1 l a. corr.* *u.* 6 *om. σ1* 6 labedum *γ* 7 Scis] An *σ1* quid lebedus *z* lebedū *m* gali ų̃s *A1* glabiis *F λ'* disertior *σ1*

Fidenis uicus; tamen illic uiuere uellem,
oblitusque meorum, obliuiscendus et illis,
Neptunum procul e terra spectare furentem.
  sed neque qui Capua Romam petit, imbre lutoque
aspersus uolet in caupona uiuere; nec qui
frigus collegit, furnos et balnea laudat
ut fortunatam plene praestantia uitam;
nec, si te ualidus iactauerit Auster in alto,
idcirco nauem trans Aegaeum mare uendas.
incolumi Rhodos et Mytilene pulchra facit, quod
paenula solstitio, campestre niualibus auris,

---

30) **S**: Iuu. 10, 99—102: huius, qui trahitur, praetextam sumere mauis, an Fidenarum Gabiorumque esse potestas et de mensura ius dicere, uasa minora frangere pannosus uacuis aedilis Ulubris? || cf. Verg. Aen. VI 773: Gabios urbemque Fidenam **10 S**: Lucr. II 1 sq. B. — quod quidem iam uidit schol. Hor. Γ ad h. u. (Lucrecii sensus. ille enim ita ait:) — 'Suaue mari magno turbantibus (motantibus schol. *Γ* b) aequora uentis et terra (sic schol. Hor. Γb) magnum alterius spectare laborem' || Archippus apud Stob. LVIIII 7 M.: *ὡς ἡδὺ τὴν θάλατταν ἀπὸ τῆς γῆς ὁρᾶν* || item Epict. fr. CXXI p. 27 Dübn. || Apul. de magia II p. 77 Bip.: prospectu maris, qui mihi gratissimus est, liberius me ex ea fruiturum || 'furere' de mari Lucan. V 599. Sen. trag. Val. Flaccus alii; Graeci *μαίνεσθαι* **11** sq. Epict. diss. II 23, 36 sq. p. 196 Sch.: *οἷον εἴ τις ἀπιὼν εἰς τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτοῦ καὶ διοδεύων πανδοκεῖον καλὸν ἀρέσαντος αὐτῷ τοῦ πανδοκείου καταμένοι ἐν τῷ πανδοκείῳ* **13 S**: Iuu. 7, 4: balneolum Gabiis, Romae conducere furnos **15 S**: Verg. Aen. I 3: multum ille et terris iactatus et alto || ib. I 29 sqq.: iactatos aequore toto (in clausula) Troas . . . arcebat

---

*Ω* = *A E F R γ λ' ν π σ g m v z*   **8** ///cus (vi) *E*   **9** Oblitus *ψ*   ipsis *ν*
**10** Nuptunum *R*1   eterra *uel* e terra *F λ' π m v z item Pseudacr. et codd. Lucreti* II 1 *sq.*   y (= et) terra *A*2   & terra *E*   exterra *A*1 *R γ ν σ g cum ά*   sperare *g*
**11** Set *γ*   qui] qu (*sic*) *E*   lutoq, *R*   **12** Aspersus *Ω Pph.*   caupana *E*
**13** collegit *R*   fornos *Porph. in interpr.*   furnos (y) *λ φ, sed in φ* ẏ *nihil est nisi signum scholii ad marginem adscripti, in λ scholia desunt: cognationis horum librorum memorabile sane indicium*   furnos (φ) *ψ*   furnos *cett. Pph.*   laudet *A*1
**14** Et *F*1 *l*1   Ut *λ, sed* U *a miniatore*   plenae *A*   prestantia *F γ z*   prestancia *λ*   **15** Nec·te (si.) *φ*   Nec te si *ν y*   Nec si te *cett. Pph.*   **16** Idcircti *E ex* Idcirco   Iccirco *σ cum x*   Idcirco *cett.*   nauim *A*2 *R*2 *m z*2   nauem *A*1 *R*1 *z*1 *cett.*   aegaeum *A R γ ν*   aegeum *π ψ l z*   egeum *E λ σ φ g m v*   **17** Incolumi *A E F R λ' π v z Pph.*   Incolomi *γ ν σ g m*   rhodos *A E F R γ λ' ν π σ*2 *g z*   rodos *v*   rhodus *σ*1 *m*   mytilene *ψ l*   mytylene *A γ*2   mittylene *g*   myetilene *R*   myetylene *ν*   mitilene *E σ m v*   myrtilene *λ*   mitylene *γ*1 *φ*   mitylenę *z*   mithylene *π*   **18** Paenula *A E R ν π Pph. Porph.*   Poenula *g*   Pen : *cett.*   solsticio (l elcii) *ν σ g*   sosticio *λ* (*sic*)   sol*sticio v y*   solstitio et campestre *m*   cāprestre *λ*   īualibus *g*1   horis *σ*1   auris *σ*2 *cett.*

per brumam Tiberis, Sextili mense caminus.
dum licet ac uoltum seruat Fortuna benignum,
Romae laudetur Samos et Chios et Rhodos absens.
  tu, quamcumque deus tibi fortunauerit horam,
grata sume manu neu dulcia differ in annum,
ut, quocumque loco fueris, uixisse libenter
te dicas: nam si ratio et prudentia curas,
non locus effusi late maris arbiter aufert,
caelum, non animum mutant, qui trans mare currunt.

---

**20 S**: Philemon p. 339 Mein.: *ὅταν ποτ' ἀνθρώποισιν ἡ Τύχη γελᾷ* || Ou. trist. I 5, 27: d u m iuuat et u o l t u ridet F o r t u n a sereno || Stat. s. V 1, 75: reditque gradu F o r t u n a b e n i g n o **21 S**: Verg. ge. II 412 sq.: laudato ingentia rura, exiguum colito || Epict. diss. III 24, 109 Sch.: *κἂν ἐν Ῥώμῃ ἦς, μὴ ἀνάπλασσε τὴν ἐν Ἀθήναις διατριβήν, ἀλλὰ περὶ μόνης τῆς ἐκεῖ μελέτα* **22—30 T**: floril. Nostrad. **22 sq. T**: Ioa. Victoriens. I 3 p. 286 B. schol. Lucan. II 651: 'quamcunque—manu etc.' **S**: inscr. apud Feam: uiue in dies et horas || Ter. heaut. II 3, 104 (345): datur, fruare dum licet || Pers. 5, 151 sq.: indulge genio, carpamus d u l c i a: nostrum est, quod uiuis || Pallad. in delect. epigr. VII 28, 5: *τέρπεο . . . τὸν ἐφημέριον βίον ἕλκων* **23 S**: Ou. rem. am. 93: sed propera n e c te uenturas d i f f e r i n horas **25 S**: Plut. de tranqu. anim. c. 4 p. 466 F.: *οὐ γὰρ ἡ συνήθεια ποιεῖ τοῖς ἑλομένοις τὸν ἄριστον βίον ἡδύν, ὥς τις εἶπεν, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν ἅμα τὸν αὐτὸν βίον ποιεῖ καὶ ἄριστον καὶ ἥδιστον* **26 S**: Lucan. X 209: i m m e n s a e Cyllenius a r b i t e r u n d a e est || Vellei. II 43, 1: e f f u s i s s i m u m Hadriatici m a r i s . . . sinum **27 T**: floril. Paris. 8818[a] || 'gentilis poeta' apud Hieron. ep. 16 ad Damasum c. 2 [Vallars. I 42[c]]: 'caelum, non animum mutat, qui trans mare currit' **S**: Lucr. III 1053—1075 Lchm. Aeschin. contra Ctesiph. 78 p. 407 Bekk.: *οὐ γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξεν* || Sen. ep. 28, 1. 2. 5: a n i m u m debes m u t a r e, non c a e l u m, licet uastum traieceris mare, licet, ut ait Vergilius noster, terraeque nubesque recedant, sequentur te, quocunque perueneris, uitia .... locum ex loco m u t a s, cum illud, quod quaeris, bene uiuere (29), omni loco positum sit || id. epist. 104, 8: quid prodest mare traicere et urbes m u t a r e? si uis ista, quibus urgeris, effugere, non aliubi sis oportet, sed alius, puta uenisse te Athenas, puta Rhodon (u. 21); elige arbitrio tuo ciuitatem: quid ad rem pertinet, quos illa mores habeat? tuos adferes || Aesopus apud Hervieux les fabulistes latins II 576: c o e l u m enim est m u t a r e, n o n a n i m u m t r a n s m a r e c u r r e r e

---

*Ω* = *A E F R γ λ' ν π σ g m v z*   19 tyberis *A corr. R ν σ g z*   tyberes *A pr.*   20 ac] .&c *λ*   & *v y*   ac *cett.* ()   (ł ac)   uultum *Ω*   ultum *y*   seruiat *R a. ras.*   21 samos *F λ' ν π σ g m v z*   samos *R* (a o)   smus *A*   samus *E γ1*   chios *A2 E F R λ' ν π σ m v z*   chius *A1 γ1 g*   rhodos *A2 E F R λ' ν π σ m v corr. 1 aut 2 z*   rhodus *A1 γ1 g v pr.*   absens *Ω*   22 quacumq, *z1*   quamcunque *E m v*   oram *A E p. ras. R γ p. ras. π m z2*   ora *z1*   23 summe *R1*   sūme *g*   summanu *γ1*   nec *v y flor. Nostr. Io. Victor.*   neu *cett.*   dultia *z*   24 Vt *A E γ σ φ2 g v flor. Nostr.*   Tu *F R λ' ν π m z*   quocunque *E m v*   25 racio *λ g*   27 Caelum *Ω*   motant *E*   mittāt *g*   mutat . . . currit *Hieronymus*   qui] q̆ *flor. Paris.* 8818[a]

strenua nos exercet inertia: nauibus atque
quadrigis petimus bene uiuere. quod petis, hic est,
est Vlubris, animus si te non deficit aequos.

---

## XII.

Fructibus Agrippae Siculis, quos colligis, Icci,
si recte frueris, non est ut copia maior
ab Ioue donari possit tibi. tolle querellas:
pauper enim non est, cui rerum suppetit usus.
si uentri bene, si *laterist pedibusque tuis, nil
diuitiae poterunt regales addere maius.
si forte in medio positorum abstemius herbis

---

28 **S**: Sen. dial. 9 de tranqu. an. 12, 3: his (sc. formicis per arbusta repentibus) plerique similem uitam agunt, quorum non inmerito quis inqietam inertiam dixerit || id. ep. 56, 8: interdum quies inquieta est ... nos male habet inertia sui impatiens || Plin. ep. VIIII 6, 4: otiosissimis occupationibus || Apoll. Sidon. ep. I 5, 11: occupatissimam uacationem || Iuu. 9, 132: conuenient et carpentis et nauibus omnes || Cic. ad Quint. fr. II 15, 2: tum equis, tum quadrigis (cf. Cic. de off. III 33, 116) **29** sq. **S**: Epictet. diss. II 16, 47 Sch.: *ἔξω ζητῶν ἀεὶ τὴν εὔροιαν καὶ μηδέποτ' εὐροεῖν δυνάμενος. ἐκεῖ γὰρ αὐτὴν ζητεῖς, οὗ μή ἐστιν, ἀφεὶς ἐκεῖ ζητεῖν, ὅπου ἐστίν* || Sen. epist. 28, 5 uide supra ad u. 27 **30 S**: Ulubras uacuas appellat Iuu. 10, 102

I. 12. **2—6 T**: floril. Nostrad. **2 S**: non est ut] elocutio Lucretiana, ut V 146 || 'copia maior' in clausula: Lucr. V 1288. Ou. met. VIII 838. Aetna 427. anthol. Lat. 286, 173 **4 T**: floril. Paris. 8818 [a]. Porph. ad u. 5 **5** sq. **S**: Solon apud Plut. uit. Sol. 2: *ἰσόν τοι πλουτοῦσιν, ὅτῳ πολὺς ἄργυρός ἐστιν καὶ χρυσὸς καὶ γῆς πυροφόρου πεδία ἵπποι θ' ἡμίονοί τε καὶ ᾧ τὰ δέοντα πάρεστιν γαστρί τε καὶ πλευραῖς καὶ ποσὶν ἁβρὰ παθεῖν παιδός τ' ἠδὲ γυναικός* || item Theogn. 719 sqq. **7 S**: Auson. profess. 4, 19 sq.:

---

*Ω = A E F R γ λ' ν π σ g m v z* 28 Strēnua *g* Strenua *cett. Pph. flor. Nostr.* ex///er//et (a supra) *A* *u.* 30 *om. E*1, *add. E*2 *ut uid. in marg.* 30 [v]lubris *z* ulibris *σ* æqūs (u supra) *A* æqus *μ pr.* aequus *cett.*

I. 12. AD ICCIVM *E F λ' v* AD HICCIVM *γ cum r* AD ICTIṼ LOQVITVR *z* *F λ' z cum r add.*: QUEM (QUAM *λ*) CUM (UI *l*, *om. r*) QUADAM ADMONITIONE (ADMONICIONE *λ r* ÃMONITIONE *z*) LAUDAT; HIC ICCIV̄ CV̄ Q[A]DĀ MONITIONE LAVDAT *m* *inscr. om. A R ν π σ g* 1 Agrippe *A g* sicci *A a. ras.* icci *cett. Pseudacr. cons. Porph.* 2 fueris *R*1 3 A ioue *flor. Nostr.* querellas *R γ a. ras. z* quaerellas *π* quaerelas *F λ* querelas *cett. flor. Nostr.* 4 rerum cui *ν* suppetis *l pr.* suppedit *g* 5 laterist] saltim est *flor. Nostr.* lateri ē *A ν m et perexiguo interuallo ψ* lateriē *φ l* lateriēm̄ *γ* latrie (est supra, i infra) *λ* lateri est *E R π σ v* lateri ~ *z* latere est *g* lateri *om.* est *ε* 6 Diuicię *λ* 7 abstemius *Ω Pph.*

uiuis et urtica, sic uiues protinus, ut te
confestim liquidus Fortunae riu*o*s inauret,
uel quia naturam mutare pecunia nescit,
uel quia cuncta putas una uirtute minora.
miramur, si Democriti pecus edit agellos
cultaque, dum peregre est animus sine corpore uelox,
cum tu inter scabiem tantam et contagia lucri
nil paru*o*m sapias et adhuc sublimia cures:
quae mare compescant causae, quid temperet annum,
stellae sponte sua iussaene uagentur et errent,
quid premat obscurum lunae, quid proferat orbem,

---

salibus modestus, felle nullo perlitus, uini cibique a b s t e m i u s 8 **S**: Pers. 6, 69 sq.: mihi festa luce coquatur u r t i c a 8 sq. **T**: Eutyches I 3, 3 p. 461 K.: Horatius in epistularum libro I: ut te confestim largus fortunae r i u u s i n a u r e t' 9 **S**: Lucr. V 1256 Lchm.: argenti riuus et auri || Hieronym. ad Eust. ep. 22 c. 32: a u r u m l i q u e s c i t in litteras 12 cf. Lactant. inst. III 23, 4: l a u d a t u r D e m o c r i t u s, quod a g r o s suos reliquerit eosque p a s c u a publica fieri passus sit || Ioannes Chrysostom. ad uiduam Iun. I ed. Paris. nou. p. 423: D e m o c r i t u m uocat *μηλόβοτον ἀνέντα τὴν χώραν τὴν αὑτοῦ* 13 **S**: Cic. Tusc. V 39, 114 K.: quom alii saepe, quod ante pedes esset, non uiderent, i l l e (sc. Democritus) in infinitatem omnem p e r e g r i n a b a t u r, ut nulla in extremitate consisteret || Lucret. I 72 sqq.: uiuida uis animi peruicit et extra processit longe flammantia moenia mundi, atque omne immensum p e r a g r a u i t m e n t e a n i m o q u e (sc. Democriti assecla Epicurus) || Cic. de fin. II 31, 102: haec non erant eius, qui innumerabiles mundos infinitasque regiones, quarum nulla esset ora, m e n t e p e r a g r a u i s s e t || Apul. de mundo p. 101 ed. W.: homines . . . philosophiam ducem nacti eiusque inuentis imbuti a n i m o p e r e g r i n a r i ausi sunt per caeli plagas e. q. s. peregre—uelox] **T**: floril. Nostr. sine corpore uelox] **S**: Plat. Phaedr. p. 249 C: *μόνη πτεροῦται ἡ τοῦ φιλοσόφου διάνοια* 14 **S**: Prudent. perist. III 256: s c a b i e m q u e cordis sustinet || Auson. edyll. 11 p. 190 ed. Bip.: hunc locum... nostra illa poetica s c a b i e s coepit exscalpere, cuius morbi quoniam facile c o n t a g i u m est, utinam ad te quoque prurigo commigret || iam apud Ciceronem de legg. I 17, 47 s c a b i e s tropice usurpatur 15 **S**: Liu. XXVIIII 1, 13: n i h i l enim p a r u u m, sed Carthaginis iam excidia agitabat animo || Lucian. Alexand. 4: *τὸ μηδὲν μικρὸν ἐπινοεῖν, ἀλλ' ἀεὶ τοῖς μεγίστοις ἐπέχειν τὸν νοῦν* 16 **S**: Verg. ge. II 479 sq.: qua ui maria alta tumescant obicibus ruptis rursusque in se ipsa residant || Stat. s. I 2, 157: uersumque domus sibi t e m p e r a t a n n u m || Plin. n. h. II 13: hic (sc. sol) uices temporum a n n u m q u e semper renascentem . . . t e m p e r a t 18 **S**: Verg. Aen. IIII 80 sq.: lumenque o b s c u r a uicissim l u n a p r e m i t || Stat. s. V 3, 22 sq.: quae minuat Phoeben quaeque

---

*Ω = A E F R γ λ' ν π σ g m v z* 8 urticis *m* sic(vi)ues *z* protinus *Ω Pseudacr.* 9 liquidus] largus *Eutyches* conf: liq:] claudius *Pph.* riuus *Ω* 10 motare *E* 12 ed(at)////(a) gellos *A* agell*o*s *z* 13 dum] du *A* cum *m* 15 parum *v y* paruum *cett.* 16 compescant *R σ m v z* cōpescant *E π g l* conpescant *A F γ λ ν* conpesc. *Pph.* cause *λ* quid] qui *λ* temperat *F R λ' π m z* 17 Stelle *E λ g* iussene *λ* 18 qui proferat *λ*

quid uelit et possit rerum concordia discors,
Empedocles an Stertinium deliret acumen?
  uerum, seu piscis seu porrum et caepe trucidas,
utere Pompeio Grospho et, siquid petet, ultro
defer: nil Grosphus nisi uerum orabit et aequom.
uilis amicorum est annona, bonis ubi quid dest.
  ne tamen ignores, quo sit Romana loco res:
Cantaber Agrippae, Claudi uirtute Neronis
Armenius cecidit; ius imperiumque Prahates

---

I. 17. **3** 'disce—adhuc' T: Porphyr. ad u. 16 S: Auson. praef. centonis nuptialis p. 140 Sch.: et si pateris, ut doceam docendus ipse, cento quid sit absoluam || idem epist. 17 p. 178 Sch.: ego te docebo docendus adhuc **4** Graecum prouerbium: *μήτε τυφλὸν ὁδηγὸν μήτε ἐκνόητον σύμβουλον* **6—51** T: florilegium Nostrad. **6** S: Stat. s. I 3, 41: qua tibi tuta quies || Martial. XI 26, 1: o mihi grata quies || cf. Ou. a. a. III 695. met. XIIII 52. anthol. Lat. 83, 70. Paulin. Petric. uit. Mart. V 310 et 346 **7** S: auct. eleg. de nuce 87 sqq. V.: felix, secreto quae nata est arbor in aruo . . . non hominum strepitus audit, non illa rotarum, non a uicina puluerulenta uia est **10** T: Porphyr. ad epist. I 18, 103 S: Ou. trist. III 4, 25: crede mihi, bene qui latuit, bene uixit || Damasus 2, 18: cui magnum satis est uixisse latentem || cf. Plutarchi libellum *εἰ καλῶς εἴρηται τὸ λάθε βιώσας* (p. 1128) **12** T: gloss. Mai class. auct. VIII 25: tetrarchare i. e. principari, unde Horatius in libro epistolarum: tetrarchare uolens accedes siccus ad unctum 'accedes—unctum' T: Porph. et schol. m ad epist. I 14, 21. Pseudacr. ad a. p. 422 **13—17** S: Diog. Laert. II 68: *παριόντα ποτὲ αὐτὸν* (sc. *Ἀρίστιππον*) *λάχανα πλύνων Διογένης ἔσκωψε καί φησιν· εἰ ταῦτα ἔμαθες προσφέρεσθαι, οὐκ ἂν τυράννων αὐλὰς ἐθεράπευες. ὁ δέ· καὶ σύ, εἶπεν, εἴπερ ᾔδεις ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, οὐκ ἂν λάχανα ἔπλυνες* **13** sq. S: Hieron. ad Saluin. 9: ubi uile holusculum et cibarius panis et cibus potusque moderatus, ubi diuitiae superuacuae, ibi nulla adulatio **14** S: Epicur. apud Diog. Laert. X 121: *καὶ μόναρχον ἐν καιρῷ θεραπεύσειν τὸν σοφόν* **15** sq. S: Claudian. de bello Gild. 353: quae sit potior sententia quaerit

*Ω = A E F M R γ λ′ ν π σ g m v z* **3** quae] quia *E1 ut uid.* quae *E2 cett.* cēs& *λ* **4** Cecus *E λ g m v* **5** curres *R a. ras.* **6** ex prima *M* inborā *E* **8** laedet *A F M R ν π l* ledet *γ λ σ g m z gloss. Γ* ledit *E flor. Nostr.* ledat *v y* caupo *E1* caupona. tferenti‿numire *A* ferentinum *E F M R λ′ ν π σ g m v z flor. Nostr.* ferentiam *Porph.* terentinum *γ schol. Γ″ V* uidebo *M1* **9** sollis *A* **10** qui] quis *A* **12** accede *z* accedas *flor. Nostr.* adinunctum *E, corr. alt. m.* aduncum *uel* ad unctum *A F M R γ λ′ ν π σ g m v z Pph. Pseudacr. ad art. poet.* 422 *glossar. Mai Porph. ad epist.* I 14, 21 *flor. Nostr.* **13** olus *π flor. Nostr.* holus *cett. Pph. Pseudacr.* *u.* **14** sq. *om. φ1* *u.* 14 *om. λ′ pr. ψ1 aut pr. z1* *u.* 15 *ante u.* 14 *pon. π1* **15** Fastidires *A* holus *Ω flor. Nostr.* **16** proles *σ*

cur sit Aristippi potior sententia. namque
mordacem Cynicum sic eludebat, ut aiunt:
'scurror ego ipse mihi, populo tu: rectius hoc et
splendidius multo est. equos ut me portet, alat rex,
officium facio: tu poscis uilia, uerum
dante minor, quamuis fers te nullius egentem.'
omnis Aristippum decuit color et status et res,
temptantem maiora, fere praesentibus aequom:
contra, quem duplici panno patientia uelat,
mirabor, uitae uia si conuersa decebit.
alter purpureum non expectabit amictum;
quidlibet indutus celeberrima per loca uadet
personamque feret non inconcinnus utramque:
alter Mileti textam cane peius et angue

18 **S**: Diog. Laert. VI 60: *ἐρωτηθείς, τί ποιῶν κύων καλεῖται, ἔφη· τοὺς μὲν διδόντας σαίνων, τοὺς δὲ μὴ διδόντας ὑλακτῶν, τοὺς δὲ πονηροὺς δάκνων* 19 'scurror—mihi' **T**: gloss. Mai class. auct. VIII 550 20 **S**: Diogenian. paroem. V 31: *ἵππος με φέρει, βασιλεύς με τρέφει* 23 **S**: Statius praef. silu. lib. II: in omni uitae colore tersissime || Diog. Laert. II 66: *ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ* 24 **S**: Isocrat. ad Demonicum § 29: *στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βέλτιστα* 25 **T**: Isidor. orig. XVIIII 24, 11. Seru. ad Aen. V 421 **S**: Hieronym. adu. Iouin. 2, 9 (II p. 55) H.: refert Satyris, qui illustrium uirorum scribit historias, quod Diogenes pallio duplici usus sit propter frigus || Diog. Laert. VI 22: *τρίβωνα διπλώσας* (sc. *Διογένης*) *πρῶτος κατά τινας διὰ τὸ ἀνάγκην ἔχειν καὶ ἐνεύδειν αὐτῷ* || cf. Corn. Nep. Datam. 3, 2: agresti duplici amiculo circumdatus 26 **S**: Lucr. II 10: uiam . . . uitae || Cic. de fin. V 6, 15: uitae uia || Aeschin. Socr. dial. 3, 8: *ἡ τοῦ βίου ὁδός* 27 sqq. **S**: Plut. *περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς* A 8 p. 330 C: *Ἀρίστιππον θαυμάζουσι τὸν Σωκρατικόν, ὅτι καὶ τρίβωνι λιτῷ καὶ Μιλησίᾳ χλαμύδι χρώμενος δι' ἀμφοτέρων ἐτήρει τὸ εὔσχημον* || Maxim. Tyr. VII 9 p. 26 Dübn.: *ὁ Ἀρίστιππος ἐκεῖνος πορφυρίδι ἀμπισχόμενος καὶ μύροις χριόμενος οὐχ ἧττον τοῦ Διογένους ἐσωφρόνει* 29 **S**: Liv. III 36, 1: ille finis Appio alienae personae ferendae fuit 30 sq.: 'alter—chlamydem' **T**: Priscian. inst. VII 13, 68

*Ω = A E F M R γ λ' ν π σ g m v z* 17 aristyppi *F λ'* (*sed idem recte u.* 14) nanq, *E m* 18 cinicum *M γ σ m v* ut *add. z in marg.* 19 rectius] rectius *z* regibus *F λ' pr.* 20 splendidus *R*1 equos *Pph.* quos *R*1 aequus *F* equus *cett. flor. Nostr.* 21 Offitium *M γ φ* fatio *M* facito *E*1 pascis *E*1 *g* uerum/// *l* uerum *E M R γ ν π g m z flor. Nostr.* uerum es *A F λ' v* uerrum *Porph. cod. U* rerum *γ uar. σ' cum a*2 *uar. μ s*1; *cf. epist.* I 1, 80 *et* I 12, 21 () 22 fert *λ*1 23 aristyppum *F λ'* arestippum *R pr.* 24 p̄sentib, *E* aecū *π* aequm *R*1 equum *E g v z flor. Nostr.* equis *M, superscr. ab altera manu* ł equum aequum *cett. Pph.* 25 quę *M*1 patiencia *λ* pacientia *ν π l v* paciencia *g* 27 exspectabit *M* expectabat *γ a. ras.* expectabit *cett.* amicum *R*1 28 ioca *F π l* . 30 mil&i *E* angue *A*1 *E M γ λ*2 *σ g m Pph. flor.*
ł e
*Nostr.* angui *v* angui *A*2 *F R λ' ν π in ras. z test. Prisc.*

uitabit chlamydem, morietur frigore, si non
rettuleris pannum. refer et sine uiuat ineptus.
   res gerere et captos ostendere ciuibus hostis
attingit solium Iouis et caelestia temptat:
principibus placuisse uiris non ultima laus est.
non cuiuis homini contingit adire Corinthum.
sedit qui timuit, ne non succederet: esto.
quid? qui peruenit, fecitne uiriliter? atqui
hic est aut nusquam, quod quaerimus; hic onus horret,
ut paruis animis et paruo corpore maius,
hic subit et perfert. aut uirtus nomen inane est,

---

**S**: Plaut. merc. 760 sq. R.: nempe uxor rurist tua, quam dudum dixeras odisse te aeque atque a n g u i s || Cic. ad fam. VII 2, 3: oderam multo p e i u s hunc quam ... Clodium || Theophr. char. 1, 7 Diels: φυλάττεσθαι μᾶλλον δεῖ ἢ τοὺς ἔχεις  **33** sq. **S**: Lactant. inst. I 18: si quis unum h o m i n e m i u g u l a u e r i t (cf. epist. I 2, 32), pro contaminato ac nefario habetur . . . ille autem, qui infinita hominum milia trucidauerit, c r u o r e campos inundauerit, f l u m i n a i n f e c e r i t (cf. c. III 6, 34), non modo in templum, sed etiam in c a e l u m a d m i t t i t u r. apud Ennium sic loquitur Africanus: si fas endo plagas caelestum ascendere cuiquam est, mi soli caeli maxima porta patet  **33** cf. Varron. l. L. V 8: imperator qui dicitur res gerere  **35 T**: floril. Paris. 8818ᵃ  **S**: Ou. ex Pont. IIII 8, 44: (nec) p r i n c i p i b u s res est aptior ulla u i r i s || cf. Apul. apol. 69 || Plin. epist. IIII 8, 1: grauissimi principis iudicium in minoribus etiam rebus consequi pulchrum est || Liu. XXX 30, 4: tibi quoque inter multa egregia non in u l t i m i s l a u d u m hoc fuerit  **36 S**: Sotion ap. Gell. I 8: οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθόν ἐσθ' ὁ πλοῦς || Nicolaus ap. Stob. I p. 273 Tauchn.: οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐπὶ τράπεζάν ἐσθ' ὁ πλοῦς || prouerb. illud etiam a Chrysippo memoratum esse docuit Miller, mélanges de littérature Grecque I 369 || 'haud cuiuis' in exordio hexam. Pers. 2, 6  **37** sedit] cf. Donat. ad Ter. ad. IIII 5, 38 (672): Sedere, propr. ignauiae et cessationis  **39 S**: Pers. 5, 174 sq.: h i c h i c q u e m (al. quod) q u a e r i m u s, h i c e s t, non in festuca, lictor quam iactat i n e p t u s (u. 32)  **41 S**: Ou. a. a. I 740: nomen ami-

---

*Ω = A E F M R γ λ' ν π σ g m v z*  **31** Vitabit *A*2 *E F λ' m v z Pph. flor. Nostr. Prisciani cod. Palatin.*  Uitabit *π*  Vitauit *A*1 *M R γ ν σ g*  Vitabat *b Priscianus*  chlamydem *R corr.*  chlamidem *A E R pr. flor. Nostr.*  clamidem *cett.*  **32** Rettuleris *E corr. F λ π m*  Redduleris *E pr.*  Retuleris *A M R γ ν σ*
ł d
*g l z flor. Nostr.*  Retuleris *v*  refert *E*1  sine uiuat] si uutat *σ*  **33** hostis *A*1 *M R γ π*1 *σ m z*  hostes *A*2 *E F λ' ν π*2 *g v flor. Nostr.*  **34** Adtingit *F λ pr.*  Attingit *cett. flor. Nostr.*  celestia *E M λ g m*  templa, *uar.*  temptat *E*  teptat *λ*  **36** Nec *v*1 *aut pr. itemque v uar. cum Basil. I superscr. a*1. *m.* ł n̄  Noṅ *π*  Non *cett. Pph.*  ciuis *π*1  uiuis *E*1  hominum *A*2 *flor. Nostr.*  hominis *v*  homini *cett.*  chorinthum *φ*  **37** succederit *R*1  succuderet *E*1  esto *Ω* (*π*: ęsto) *flor. Nostr.*  **38** peruenerit *F a. ras. λ' π z a. ras.*  atquin̄ *v*  atqui *cett. flor. Nostr.*  **39** querimus *M R γ λ φ m v z*  ho̊nus *A γ ν a. ras. π flor. Nostr.*
V
*λ*onus *R*  onus *cett. Pph.*  orr& *φ*  **40** Et *z*  mauis *R*1  **41** subi///t *R*  profert *m*

aut decus et pretium recte petit experiens uir.
  coram rege suo de paupertate tacentes
plus poscente ferent: distat, sumasne pudenter
an rapias; atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
'indotata mihi soror est, paupercula mater,
et fundus nec uendibilis nec pascere firmus'
qui dicit, clamat 'uictum date!' succinit alter
'et mihi!' diuiduo findetur munere quadra.
sed tacitus pasci si posset coruos, haberet
plus dapis et rixae multo minus inuidiaeque.
  Brundisium comes aut Surrentum ductus amoenum
qui queritur salebras et acerbum frigus et imbres,
aut cistam effractam et subducta uiatica plorat,
nota refert meretricis acumina, saepe catellam,

citia est, nomen inane fides || Lucan. II 342 sq.: da tantum nomen inane conubii || V 389: nomen inane imperii || Apollin. Sid. carm. 7, 250: pacis nomen inane || cf. etiam carm. adu. Marc. I 109. Dracont. laud. dei II 637. Sil. VIIII 376: nam uirtus futile nomen || Boeth. de consol. phil. II 4 p. 32 P.: inane nomen fortuitae felicitatis || Ambros. de dignit. sacerd. 3 **42 S**: Liu. VI 34, 4: ne... ulli uiro acri experientique animus esset || Cic. pr. Cluent. 8, 23: A. Aurius, uir fortis et experiens et domi nobilis || Cic. Verr. III 21, 53: homo gnauus et industrius et experientissimus arator **43** cf. Plaut. Stich. 454 sq.: tam confido quam potis, me meum optenturum regem ridiculis logis || Columella I praef. 9: an honestius duxerim mercennarii salutatoris mendacissimum aucupium circumuolitantis limina potentiorum (epod. 2, 8) somnumque regis sui rumoribus augurantis **45** 'atqui—fons' omisit floril. Nostrad. **46** 'paupercula mater' **S**: Petron. 63, 4: mater misella **53—62 T**: floril. Nostrad. **53** 'qui—frigus' **T**: gloss. Mai class. auct. VIII 526 **54** sq. **S**: Plaut. truc. I 1, 32 (52 R.) sqq. de callida meretrice: aut aurum periit aut conscissast pallula aut empta ancilla aut aliquod uasum argenteum aut uasum ahenum raptum aut cleptus lectulus aut armariola Graeca aut aliquid semper est, quod deferat dedatque amans scorto suo || Ou. a. a. I 417 sqq. 436 sq. **55 S**: Alciphr. II 1, 6: τῶν ἑται-

*Ω = A E F M R γ λ' ν π σ g m v z* **42** decus *in m. M pr.* et] aut *σ* precium *A (?) ν σ m v* p̄cium *E F λ' π g* **43** suo *Ω Pph. flor. Nostr. cons. Porph. ad u.* 52 sua *cod. q Bentl.* **44** ferunt *E1 ν flor. Nostr.* fe^r//(*lineola ab alt. m.*) *A* ferent *cett.* summas ne *A γ l a. ras.* prudenter *v* **45** anqui *m* an qui (t sub n) *l* capis *g pr.* erit *A2* **47** n̄// uendibilis *A* neque uendibilis *g* nec uendibilis *cett. flor. Nostr.* **48** uitium date *E1* clate *R* succinet *ν* **49** Et coihi *E (ortum ex* ꟽI⊦ I*)* findet (n supra) *A* fundetur *g a. ras. flor. Nostr.* findetur *cett. Pph.* **50** Set *γ* S, *M* Sed *cett. Pph. flor. Nostr.* coruus *Ω flor. Nostr.* **51** dabis *M1* *u.* 52 *post u.* 53 *pon. Mσ* **52** Brondisium *z* Brundisium *cett.* Brundesium (v supra) *Pph.* amenum ductus *g* doctus *A* **53** queritur] metuit *glossar. Mai* himbres *z* in imbres *R1* **54** ⁝cistam *R* efractam *γ* affractam *g* subductam *v* **55** meritricis *Rg* sepe *A E λ g m v z* capellam *E1*

saepe periscelidem raptam sibi flentis, uti mox
nulla fides damnis uerisque doloribus adsit.
nec semel inrisus triuiis attollere curat
fracto crure planum, licet illi plurima manet
lacrima, per sanctum iuratus dicat Osirim:
'credite, non ludo; crudeles, tollite claudum!'
'quaere peregrinum!' uicinia rauca reclamat.

---

## XVIII.

Si bene te noui, metues, liberrime Lolli,
scurrantis speciem praebere, professus amicum.
ut matrona meretrici dispar erit atque
discolor, infido scurrae distabit amicus.
est huic diuersum uitio uitium prope maius,
asperitas agrestis et inconcinna grauisque,

---

*ρουσῶν ἔστι σόφισμα* 56 sq. **S**: Hieronym. epist. 6 ad Iulian. Diac. I p. 24 Hilb.: antiquus sermo est: mendaces faciunt, ut nec uera dicentibus credatur || cf. Phaedr. I 10

I. 18. 1 **S**: 'si bene te noui' cf. Ou. ex P. I 6, 4. II 3, 49. a. a. III 51. am. II 18, 39. Mart. III 68, 11 || Senec. epist. 16, 6: si te bene noui || Hor. s. I 9, 22: si bene me noui 2 **S**: Liu. XXII 24, 12: speciem . . . praebuisse noui praesidii 3—18 'ut matrona—elatrem' T: floril. Nostr. 3 **S**: Sen. nat. quaest. VII 31, 2 H.: colores meretricios matronis quidem non induendos || Ambros. epist. 63, 21: nonne isti dispares, discordes uidentur? 5 sq. **S**: Plut. quomodo adul. ab amico internosc. c. 25 p. 66 C: *πᾶσαν . . . κακίαν φευκτέον ἐστὶ δι' ἀρετῆς, οὐχὶ διὰ τῆς ἐναντίας κακίας, ὥσπερ ἔνιοι δοκοῦσιν αἰσχυντηλίαν*

---

*Ω = A E F M R γ λ' ν π σ g m v z* 56 Sepe *E R γ λ m g v z* periscelidem] riscelidē *E*1 priscidi///lem *R*1 perisceliden *σ* rapta *g* flentes *R*1 57 dampnis *F λ' ν v z flor. Nostr.* adsit *A E F M R λ' π z* assit *γ ν σ g m v flor. Nostr.* 58 inrisus *A E F M R*2 *λ z Pph.* inrisus *π* inrisum *R*1 *ν*1 irrisus *A*2 *γ σ g l m v flor. Nostr.* triuus *M*1 trinus *g*1 atollere *γ flor. Nostr.* attollere *cett.* 59 c$^{r}$ure *R* plani *z*1 licet—sanctum *om. m* illi] ipsi *σ* 60 dicatos irim *R* osyrim *v* osirim *cett.* 61 credere *σ* 62 Quere *E R γ λ g m v z*

I. 18. AD LOLLIVM (LOLIVM *λ*) *A E*2 *F M R γ λ σ*2 *m v z cum f r*; *E*2 *M m z add.:* DE MODO OBSEQVIORVM ET LIBERTATE (LIBERTATIS *z*). *inscr. carent E*1 *ν π σ*1 *g l, continuatur haec epistula antecedenti a Porph. codd. Monacensi et Wolfenbuttelano, nouam incipiunt Pseudacr. et codd. Horatiani* 1 metuens *σ a. ras.* liber*rime R* nolli *M* 2 spetiem *A z* prebere *m v post u.* 3 *add. u.* 8 *π g* 3 meritrici *g* 5 Post huic *γ* Et huic *E* Est huic *cett. Pph. flor. Nostr.* uicio uicium *λ* prope$^{ma}$,ius *A* 6 concinna *σ post u.* 6 *add. u.* 17 *π*1, *sed del. π*2

quae se commendat tonsa cute, dentibus atris,
dum uolt libertas dici mera ueraque uirtus.
uirtus est medium uitiorum et utrimque reductum.
alter in obsequium plus aequo pronus et imi
derisor lecti sic nutum diuitis horret,
sic iterat uoces et uerba cadentia tollit,
ut puerum saeuo credas dictata magistro
reddere uel partis mimum tractare secundas;
alter rixatur de lana saepe caprina,

---

*μὲν ἀναισχυντίᾳ φεύγειν, ἀγροικίαν δὲ βωμολοχίᾳ* **7 S**: Diog. Laert. VI 2, 31: *ἐν οἴκῳ τ' ἐδίδασκε διακονεῖσθαι λιτῇ τροφῇ χρωμένους καὶ ὕδωρ πίνοντας, ἐν χρῷ κουρίας τε καὶ ἀκαλλωπίστους εἰργάζετο* || Lucian. uit. auct. 20: *ἄλλον κάλει, τὸν ἐν χρῷ κουρίαν* || Mart. X 98, 8 sqq.: praesta de grege sordidaque uilla tonsos, horridulos, rudes, pusillos hircosi mihi filios subulci || Pers. 3, 53 sqq.: quaeque docet sapiens bracatis inlita Medis, porticus, insomnis quibus et detonsa iuuentus inuigilat siliquis et grandi pasta polenta **9 S**: Arist. eth. Nicom. II 6, 15: *ἔστιν ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὖσα·.. μεσότης δὲ δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολήν, τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν* || Cic. Brut. 149: cum omnis virtus sit . . . . mediocritas || Hor. c. II 10, 5 sq.: auream quisquis mediocritatem diligit || Hieron. ep. ad Demetr. 8. (I p. 44 B.): philosophorum quoque sententia est *μεσότητας ἀρετάς, ὑπερβολὰς κακίας εἶναι*, quod Latinus sermo ita potest resonare: moderatas esse uirtutes, excedentes modum atque mensuram inter uitia deputari || Hor. epod. 2, 11. c. I 17, 17: in reducta ualle || Lucr. V 836 B.: utrimque remotum **10 sq. S**: Ammian. anthol. Palat. VIIII 573: *μὴ σύ γ' ἐπ' ἀλλοτρίης, ὤνθρωφ', ἵζοιο τραπέζης, . . . ἄλλοτε μὲν κλαίοντι καὶ ἐστυγνωμένῳ ὄμμα συγκλαίων, καὖθις σὺν γελόωντι γελῶν* **10 S**: Plaut. Stich. 489: scis tu me esse imi subselli uirum || Hor. serm. II 8, 40 sq.: imi conuiuae lecti || Petr. 38, 7: uides illum, qui in imo imus recumbit **12 S**: Sen. epist. 49, 7: uerba dubie cadentia || Aristoph. uesp. 1011 sq.: *νῦν μὲν τὰ μέλλοντ' εὖ λέγεσθαι μὴ πέσῃ φαύλως χαμᾶζ' εὐλαβεῖσθε* **13 sq. S**: Hor. epist. I 1, 55: haec recinunt iuuenes dictata || Cic. de nat. deor. I 26, 72: ista enim a uobis quasi dictata redduntur || Cic. ad Q. fr. III 4, 11: meam in illum (orationem) pueri omnes tamquam dictata perdiscant || Iuu. 5, 122: donec peragat dictata magistri || Auson. ed. 4, 2 sq.: nec semper acerbi exercet pueros uox imperiosa magistri **14 S**: Cic. Brut. § 242: quod idem faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Crassi quasi secundarum || Hor. s. I 9, 45 sq.: haberes magnum adiutorem, posset qui ferre secundas || Sen. de ira III 8, 4: optimum iudicauit quidquid dixisset sequi et secundas agere || Plut. de adul. 10: *ὁ δὲ κόλαξ ἀεὶ μνημονεύων τοῦ τὰ δεύτερα λέγειν* **15 S**: Lucian. Hermot.

---

*Ω = A E F M R γ λ' ν π σ g m v z* 7 tensa *v flor. Nostr.* *u.* 8 *hoc loco om.* *π*1 *g* 8 uult *Ω Pph. Porph.* libertat *M pr.* 9 uiciorum *λ ν g v* utrumque *R a. ras. γ* utrimque *cett. Pph.* redictum *E*1 10 equo *M g v z* e//quo *R* 12 uoce set *A*1 uoce sed *R*1 tollet *R*1 *ν π*1 cadencia *λ g* candentia *π a. ras.* 13 seuo *g v z* credis *σ* 14 partis *A*1 *M*1 *R*1 *v cum Paris.* 8214 *Valent. Pph.* pat^r^is *γ* ꝑcis *g* partaes *λ* partes *cett.* minimum *π a. ras.* nimium *v cum Reginens.*1 *flor. Nostr.* mimum *cett.* 15 rixatur *Ω Pph. flor. Nostr.* rixator *uerisimilis Mureti coniectura* sepe *E λ g m v z* sepę *M*

propugnat nugis armatus: 'scilicet ut non
sit mihi prima fides et, uere quod placet, ut non
acriter elatrem, pretium aetas altera sordet.'
ambigitur quid enim? Castor sciat an Docilis plus;
Brundisium Minuci melius uia ducat an Appi.
  quem damnosa uenus, quem praeceps alea nudat,
gloria quem supra uires et uestit et unguit,
quem tenet argenti sitis inportuna famesque,
quem paupertatis pudor et fuga: diues amicus,
saepe decem uitiis instructior, odit et horret,
aut, si non odit, regit ac ueluti pia mater
plus quam se sapere et uirtutibus esse priorem

---

71: *πάντες ... περὶ ὄνου σκιᾶς μάχονται οἱ φιλοσοφοῦντες* || Aristoph. frg. com. Gr. II 2 p. 1019 Mein.: *περὶ τοῦ γὰρ ὑμῖν ὁ πόλεμος νῦν ἐστι; περὶ ὄνου σκιᾶς* || Aristoph. uesp. 191: *περὶ τοῦ μαχεῖ νῷν δῆτα; περὶ ὄνου σκιᾶς* || Aristoph. nub. 320: *καὶ περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν* **16 S**: Hieron. ep. ad Eustoch. 22: os barbarum et procax et in conuicia semper armatum **18 S**: Tertull. ad nationes I 4: cum in mores ... omnem eloquii amaritudinem elatrent || Tertull. lib. de pallio 5: causas non elatro || Hor. epist. I 11, 4: cunctane prae campo et Tiberino flumine sordent? || Hom. Il. VIIII 444 sqq.: *ἀπὸ σεῖο, φίλον τέκος, οὐκ ἐθέλοιμι λείπεσθ', οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη θεὸς αὐτὸς γῆρας ἀποξύσας θήσειν νέον ἡβώοντα* **20** cf. Strab. VI 7 p. 282 C.: *δύο δέ εἰσι, μία μὲν ἡ Μινυκία* (*ἡ μινοίκη* codd., *ἡμιονική* Vulg.) *διὰ Πευκετίων ... ἡ δὲ διὰ Τάραντος ... ἡ Ἀππία λεγομένη* || Verg. ecl. 9, 1: 'an quo uia ducit in urbem' cum adn. Hosii **21—48 T**: floril. Nostr. **21 S**: anthol. Lat. II² p. 391 R. (medii aeui): alea, Bacus, amor meretricum fecit egentem || Pers. 5, 57: hunc alea decoquit || Ou. ex P. I 10, 33 et Catonis distich. IIII 10, 1: ueneris damnosa uoluptas **22 S**: Iuu. 3, 180: hic ultra uires habitus nitor **23 S**: Verg. Aen. III 57: auri sacra fames || Plin. n. h. XXXIII 21, 72: auri fames || Gell. XII 2, 13: in hominem auarum et auitum et pecuniae sitientem **24 S**: Hor. epist. I 1, 46: pauperiem fugiens || Liu. XXXIIII 4, 13: pessimus quidem pudor est uel parsimoniae uel paupertatis || Lucian. de merced. conduct. c. 5 p. 660 R.: *πενίαν ... διαπεφευγέναι* **25 S**: Verg. Aen. II 152: ille dolis instructus et arte Pelasga **26 S**: Iuuenc. I 295:

---

*Ω = AEFMRγλ'νπσgmvz* *u.* 17 *om. m1; add. in marg. m2* **17** quid *E pr.* **18** elatem (r *superscr.*) *R* elaterē *M1* et latrem *g* praetium *R* p̄cium *Eλg* precium *νσv* aetas *om. A pr.* docilis *Ω Pph. Pseudacronis Vatic.* 3316 () **20** Brundusium *Mπ2* Brundisium *cett. Pph.* menuci *Rν* minici *σ* nenuci *π1* minuci *cett. Pph.* () appii *Fλ'* **21** Quēdā nosa *Fλ pr.* Quę̃ *A* dampnosa *νvz flor. Nostr.* damnosa *cett. Pph.* alęa *A* **22** unguit *AMRγνπmz* ungit *Fλσl corr. v* unguet *g pr. l pr.* ung& *E* **23** importuna *El flor. Nostr.* ĩportuna *g* inp: *cett.* **24** amicus diues *g* diues amicus *cett.* **25** Sepe *EMλgmvz* uiciis *λνg* instructor *γ* horret et odit *flor. Nostr.* orret (h *superscr.*) *A* **26** si// *R* ac] et *ν* **27** se sapere] sepere *A1*

uolt et ait prope uera: 'meae (contendere noli)
stultitiam patiuntur opes; tibi paruola res est:
arta decet sanum comitem toga; desine mecum
certare.' Eutrapelus, cuicumque nocere uolebat,
uestimenta dabat pretiosa: 'beatus enim iam
cum pulchris tunicis sumet noua consilia et spes,
dormiet in lucem, scorto postponet honestum
officium, nummos alienos pascet; ad imum
Thraex erit aut holitoris aget mercede caballum.'
arcanum neque tu scrutaberis illius umquam,
commissumque teges et uino tortus et ira;

---

'pia mater' in clausula; cf. anthol. Lat. 235, 7: impia mater **28—31 S**: Isocr. Areopag. c. 2, 4 Bens.: *συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν πλούτοις καὶ ταῖς δυναστείαις ἄνοια καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία, ταῖς δ' ἐνδείαις καὶ ταῖς ταπεινότησι σωφροσύνη καὶ πολλὴ μετριότης* || Plaut. Stich. II 1, 28: secundas fortunas decent superbiae **29 S**: Ter. hec. 226: sumptus nostros otiumque ut nostra res posset pati **30 S**: Hor. epist. I 19, 13: exiguaeque togae **31** sqq. **S**: Sen. de benef. II 14, 5: saepe nihil interest inter amicorum munera et hostium uota **32 S**: Plin. epist. VII 28, 2: ut enim non sint tales (amici), quales a me praedicantur, ego tamen beatus, quod mihi uidentur **36 T**: 'aut—caballum' gloss. Mai classic. auct. VIII 394 **37—39 T**: 'archanum tu scrutaberis—reprendes' floril. Paris. 8818[a] **38 S**: Hor. a. p. 200: ille (chorus) tegat commissa || Hor. s. I 4, 84 sq.: commissa tacere qui nequit || Ou. met. II 558: commissa duae sine fraude tuentur || Hor. a. p. 434 sq.: reges dicuntur . . . . torquere mero || Sen. epist. 83, 16: onerati mero quemadmodum non continent cibum uino redundante, ita ne secretum quidem: quod suum alienumque est, pariter effundunt || Plat. de legg. I p. 649 D: *πλὴν τῆς ἐν οἴνῳ βασάνου καὶ παιδιᾶς τίνα ἔχομεν ἡδονὴν εἰπεῖν ἔμμετρον μᾶλλον, ἂν καὶ ὁπωστιοῦν μετ' εὐλαβείας γίγνηται;* || Plut. de garrul. c. 4 in. p. 6: *τῆς δὲ μέθης οὐδὲν οὕτω κατηγοροῦσιν ὡς τὸ περὶ τοὺς λόγους ἀκρατὲς καὶ ἀόριστον* || Prop. I 1, 28: sit modo libertas quae uelit ira loqui

---

*Ω = A E F M R γ λ' ν π σ g m v z* **28** Volt *F λ' π1 cum G* V[v]olt *z* Vlt *g* Vult *cett. flor. Nostr.* et ait] et *in ras.* ait *supra u. A* agit *σ* męę *A* meē *γ* me *M1* **29** Stulticiam *E M λ ν g v* patiantur *Pph. flor. Nostr.* paciuntur *φ g* paruola *F λ'* paruula *cett. flor. Nostr.* **30** Arta *Ω Pph.* Arcta *flor. Nostr.* Arca *π1* **31** eutrapolus *g* cuicunque *m v* nocere *om. M1* uolebam *z* **32** p̄ciosa *E g* preciosa *ν σ m v* en//ī iā *E* **33** pulcris *A* fumet *A* sumit *E y* [&] & spes *E1 l* exspes *E2* **34** [post] . ponet *γ* postponit *ν* **35** Officior *A1* Offitium *γ* pascet *R* **36** Thraex *A1* Threx *ν* Thrax *A2 M R λ π m* Trax (*plerique scribunt* Traxerit) *E F γ σ g l v z Pph. flor. Nostr.* aut] at *E* holitoris *M ν Pph.* olitoris *cett. glossar. Mai flor. Nostr.* agit *A1 M γ* aget *cett. Pph. glossar. Mai* eget *flor. Nostr.* mecede *E* m̄cede *M* **37** Archanum *γ ν σ g m v z* scrutaueris *E g* illius *y* [1 *cod. Valarti* 1 *cod. Feae* 1 *Gesneri*] ill::: *ε* allius *R* ullius *cett. flor. Nostr. et Paris.* 8818[a] ulius *l1* unquam *E g florilegia* umquam *cett.*

nec tua laudabis studia aut aliena reprendes,
nec, cum uenari uolet ille, poemata panges.
gratia sic fratrum geminorum, Amphionis atque
Zethi, dissiluit, donec suspecta seuero
conticuit lyra. fraternis cessisse putatur
moribus Amphion: tu cede potentis amici
lenibus imperiis, quotiensque educet in agros
Aetolis onerata plagis iumenta canesque,
surge et inhumanae senium depone Camenae,
cenes ut pariter pulmenta laboribus empta:
Romanis sollemne uiris opus, utile famae

---

**39—40 S**: Isocr. ad Demonic. c. 4, 36 Bens.: *μιμοῦ τὰ τῶν βασιλέων ἤθη καὶ δίωκε τὰ ἐκείνων ἐπιτηδεύματα· δόξεις γὰρ αὐτοὺς ἀποδέχεσθαι καὶ ζηλοῦν* **40 T**: Eutyches p. 476 K. 'poemata panges' **S**: Venant. Fort. carm. VI 10 21: recitanda p o e m a t a p a n g a m ‖ cf. a. p. 416. Lucr. I 25. 933 sq. Cic. ad fam. XVI 18, 3 **44** sq. **S**: Cic. ad Att. VIIII 13, 4: *αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις,* inquit *Πλάτων, οἶσθ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις* ‖ Publil. Syr. 136 (74 p. 121 W.): cogit rogando, cum rogat potentior **45 S**: Auson. praef. ephem. 2,9 sq. Sch.: scribere me Augustus iubet et mea carmina poscit, paene rogans: b l a n d o u i s latet i m p e r i o **49—53 S**: Sen. epist. 88, 19: an liberale studium istuc esse iuuentuti nostrae concedimus, quam maiores nostri (cf. u. 49) rectam exercuerunt, hastilia iacere, sudem torquere,

---

*Ω = A E F M R γ λ' ν π σ g m v z* **39** he(n)c *g* laudabis, s *in ras.* *λ* laudabilis *g* aut] n(c) *flor. Paris.* 8818ᵃ repende s *E pr. g1* rep̄hendes *σ* reprendes *cett.* (reprędes *π*) *flor. Paris.* 8818ᵃ rependens *flor. Nostr.* **40** Nec(c)ū *E* Ne,(c)cū *l* Ne *ψ Eutyches* Neç *λ* uol&& ille *λ* pīangas *E* pangas *g cum Reginens.1 Eutyches* pīanges *A* **41** Gracia *λ* sic] si *E1* anphionis *R* amphyonis *F λ'* **42** Zethi *A E M R ν π σ m* Zeti *F λ' v z* Tethi *γ* Zechidis siluit *g* **43** lyira *M* lira *γ σ v* fraterni(s) cesisse *R* **44** Mōtibus *g* anphion *R* amphyon *ν* **45** Leuib. *A pr.* quotiensque (quociensque *g*) educet *A E R ν g m* quotiesque educet *γ* quotiens (quociens *λ*) quoq. ducit *λ'* quotiensque (e)ducit *F* (*in ψ* quo *infra uersum adscriptum est*) quotiensque ducet *π* quotiens educet *σ* quotiens que ducit *z1* quotiens deducit *z2* quotiensque (quociensque *v*) educit *M v flor. Nostr.* **46** Aetolis *A2 R y Porph.* Aetoliis *A1 E γ* Aetholiis *m v* Aetholus *F λ'* Aetholis *ν z2* Etholis *flor. Nostr.* Etholus *g* Aestoliis *σ* Ac toliis *M* ⅄tholis *z1* Aeoliis *y* (*f cum μ Nostrad. Paris.* 7976. 8214) honerata *A E R γ v flor. Nostr.* onerata *F M λ' ν π g z* onorata *σ m* **47** *REDIT CODEX d* *Ω = A E F M R γ λ' ν π σ d g m v* **47** inhumane *M g* siniū *A1* camęnę *φ* camoenae *l* camene *g flor. Nostr.* camenae *cett.* **48** Cenes *A E R g m v* Caenes *F M γ λ' ν corr. π σ d* plum̄ta *M* **49** sollemne *E M R γ σ Pph.* sollempne *F λ' ν d* solemne *π v* sollenne *g* solenne *A* utilae *A F* fame *d g*

uitaeque et membris, praesertim cum ualeas et
uel cursu superare canem uel uiribus aprum
possis. adde, uirilia quod speciosius arma
non est qui tractet: scis, quo clamore coronae
proelia sustineas campestria; denique saeuam
militiam puer et Cantabrica bella tulisti
sub duce, qui templis Parthorum signa refigit
nunc et, siquid abest, Italis adiudicat armis.
ac ne te retrahas et inexcusabilis absis,
quamuis nil extra numerum fecisse modumque
curas, interdum nugaris rure paterno:
partitur lyntres exercitus, Actia pugna
te duce per pueros hostili more refertur,
aduersarius est frater, lacus Hadria, donec
alterutrum uelox Victoria fronde coronet.
consentire suis studiis qui crediderit te,
fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.

---

equum agitare, arma′ tractare (52. 53)? **59** extra numerum . . . . modumque] **S**: Plato Phileb. c. 15 p. 28 B: *ἵνα μηδὲν . . . . παρὰ μέλος φθεγξώμεθά τι* || Cic. parad. III 2, 26: extra numerum || item Lucret. V 1399 || Lucil. 1295 Marx: numerum ut seruemus modumque **60 S**: Priap. 16, 3. Pers. 3, 24. Iuuen. 6, 55. Claud. cons. Stil. II 119: rure paterno (in claus.) **61** sq. **S**: Auson. Mosella 211 sqq. Sch.: cum Venus Actiacis Augusti laeta triumphis ludere lasciuos fera proelia iussit Amores, qualia Niliacae classes Latiaeque triremes subter Apollineae gesserunt Leucados arces, aut Pompeiani Mylasena pericula belli Euboicae referunt per Auerna sonantia cumbae **61** Actia pugna] **S**: Verg. Aen. VIII 675: Actia bella **62** de exordio 'te duce' cf. Wochenschrift f. klass. Philol. 1918 col. 189 ad Verg. eclog. 4, 13 **64 S**: Verg. Aen. IIII 506: 'fronde coronat' in claus. || Iuuenc. III 637. Coripp. Iust. 4, 77: fronde coronant || Auson. epigr. 1, 2 sq. p. 194 Sch.: tu quoque ab aerio praepes Victoria lapsu come serenatam duplici diademate frontem **65** sq. **T**: floril. Nostr.

---

*Ω* = *A E F M R γ λ′ ν π σ d g m v* **50** menbris *v* presertim *γ m v* **51** susperare *g* **52** spetiosius *A γ* speciosus *E*1 spetiosus *d* **53** tractet] ractet *A*1 quodamore *E pr. d*1 qui cl$\overset{o}{a}$mare *M* *cl*amore *R* clamare *π pr. σ* corone *λ* **54** Proelia *A corr. E R γ π d l* Praelia *ν ψ g* Prelia *A pr. M λ σ φ m v* seuam *M g m v* **55** Miliciam *A M λ g* **56** partorum *F λ′* parchorum *d g* refigit *Ω cons. Porph.* **57** Nunc & siquid abest : italis adiudicat armis *A* habest *d* italis] aliis *π*1 **58** inexcussabilis *M g* inexcustabilis *m* inexcusabilis *cett.* **61** Partitus *d* Partitur *cett.* lyntres *A E R ν m Pph.* lintres *F M γ λ′ π σ d g v* ex ercitus *A* **62** more] mole *E* refertur] fertur *A*1 **63** hadria *A E R γ ν π d g m Porph. ad u.* 61 adria *F M λ′ σ v* **65** studio suo *Porph.* crederit *σ*

protinus ut moneam, siquid monitoris eges tu:
quid de quoque uiro et cui dicas, saepe uideto.
percontatorem fugito: nam garrulus *idemst,
nec retinent patulae commissa fideliter aures,
et semel emissum uolat inreuocabile uerbum.
non ancilla tu*o*m iecur ulceret ulla puerue
intra marmoreum uenerandi limen amici,
ne dominus pueri pulchri caraeue puellae
munere te paruo beet aut incommodus angat.
qualem commendes, etiam atque etiam aspice, ne mox
incutiant aliena tibi peccata pudorem.

---

**68—92** 'quid—pocula' **T**: floril. Nostr. **68—71 T**: floril. Paris. 8818[a] **69 T**: Donat. ad Ter. hecyr. I 2, 34 (109). **70 S**: carm. de prouid. diu. 591: quaedam etiam patulas intrant stipata per aures || Eugenius Tolet. XIIII 45: patulae . . aures || Prud. hamartig. 318: patulas . . . aures || Venant. Fort. carm. VIII 12, 3: 'patulas neque polluit aures || Lucian. de salt. c. 85 fin. p. 315 R.: *ἀναπεπταμένα ἔχω τὰ ὦτα καὶ τὰ ὄμματα* **71 T**: schol. Bambergense ad art. poet. 390 **S**: Sulpicius Seuerus uit. b. Martini praef.: emissus semel non queat reuocari || Cassiodor. uar. praef. p 3 M.: addebam debere illos Flacci dicta resoluere, qui monet, quid periculi uox praecipitata possit incurrere || Apul. de magia c. 83: si uerba ita, ita ut poetae aiunt, pinnis apta uolgo uolarent || Augustin. epist. 7 (t. II p. 32): nullum unquam uerbum, quod reuocare uellet emisit || Menand. fr. 73 p. 102 Dübn.: *ῥίψας λόγον τις οὐκ ἀναιρεῖται πάλιν* || id. fr. p. 225 M.: *οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον ῥᾷον κατασχεῖν οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον* || Plut. de garrul. c. 10 p. 507 A: *οὔτε γὰρ πτηνὸν ἐκ τῶν χειρῶν ἀφέντα ῥᾴδιόν ἐστιν αὖθις κατασχεῖν οὔτε λόγον ἐκ τοῦ στόματος προέμενον κρατῆσαι καὶ συλλαβεῖν δυνατόν* || Ou. met. XI 433: cum semel emissi || eadem hemistichii structura Verg. ge. III 284: fugit inreparabile tempus || Lucan. I 509: ruit inreuocabile uolgus **72 S**: Hor. c. I 25, 13 sq.: cum tibi flagrans amor et libido . . . saeuiet circa iecur ulcerosum || Theocr. 11, 15 sq.: *ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος Κύπριος ἐκ μεγάλας, τό οἱ ἥπατι πᾶξε βέλεμνον* **73 S**: Ou. am. I 9, 19. fast. V 339: 'limen amicae' in clausula **75 S**: Hor. c. IIII 8, 28 sq.: (dignum laude uirum) caelo Musa beat || Prosper epigr. 20, 3: nam sperans alio se munere posse beari **76 sq. T**: floril. Paris. 8818[a] **S**: Theogn. 963 sq.: *μή ποτ' ἐπαινήσῃς, πρὶν ἂν εἰδῇς ἄνδρα σαφηνέως, ὀργὴν καὶ ῥυθμὸν καὶ τρόπον ὅντιν' ἔχει* **77 S**: Hor. epist. I 14, 22: incutiunt urbis

---

*Ω* = *AEFMRγλ'νπσdgmv* **67** Protinus *Ω Pph.* ut *Ω Pph.* et *ψ*2 eges tu] es gestu *A* egestu *R* **68** et *om. σ* sepe *λ g m* sepę *π* uideto] caueto *flor. Paris.* 8818[a] **69** Percunctatorem *M v florilegia* Perconctatorem *d* Percanta^r^torem *σ* Percontatorem *cett. Pph.* garulus *A λ om. M*1 est] ṭest *v om. flor. Nostr.* **70** aurḙs *ψ* **71** in*r*euocabile *R* irreuocabile *m*1 inreuocabile *cett.* **72** N//on *M* amcilla *λ a. ras.* **73** Int̄ *g* lumen *M*1 **74** Ne pueri dominus pulchri *E g cum Reginensi* Ne pueri domini *Pph.* Ne dominus (domin*us v* domus *σ*) *A F M R γ λ' ν π σ m v* Ne dominus pulchri pueri *d y* Ne dominus pulcri pueri *flor. Nostr.* carḙuḙ *F* **76** Qua*m*///*l*em *R* Qulē *λ* eciā atque eciā respice *flor. Paris.* 8818[a] aspice *Ω flor. Nostr.* **77** Incuciant *λ g* Incu uant *A*

fallimur et quondam non dignum tradimus: ergo
quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri,
ut penitus notum, si temptent crimina, serues
tuterisque tuo fidentem praesidio: qui
dente Theonino cum circumroditur, ecquid
ad te post paulo uentura pericula sentis?
nam tua res agitur, paries cum proximus ardet,
et neclecta solent incendia sumere uires.
  dulcis inexpertis cultura potentis amici:
expertus metuet. tu, dum tua nauis in *altost,

---

desiderium 78 **S**: Cic. ad fam. VII 5, 3: totum denique hominem tibi ita trado || Hor. s. I 9, 47: hunc hominem uelles si tradere || epist. I 9, 2 sq.: prece cogit, scilicet ut tibi se laudare et tradere coner 79 **T**: Cledonius p. 78 K.: certus omitte tueri || Pompeius comment. p. 280 K.: praesens sua culpa ire deceptus omittit etueri 80 **S**: Catull. 102, 2: penitus nota fides animi || Stat. s. IIII 4, 101: penitus noti (u. l. uoti) tibi uatis honorem 81 **S**: Cic. pro Sest. 42 (§ 90): ut aliquo praesidio caput . . . tutetur 82 **S**: Cic. pro Balbo 26 (§ 57): more hominum inuident, in conuiuiis rodunt . . . non illo inimico, sed hoc malo dente carpunt || Hor. c. IIII 3, 16: et iam dente minus mordeor inuido || s. I 4, 81: absentem qui rodit || s. I 6, 46: quem rodunt omnes libertino patre natum || Hieronym. epist. ad Eustoch. uirg. 27 [I p. 114a]: ne apud detrectatores et genuino semper me dente rodentes fingere puter || id. epist. 57 [II p. 78]: canino dente rodere 84 sq. **T**: flor. 8818[a] 84 **S**: Sen. apocoloc. 9, 6: noli mihi inuidere, mea res agitur || Lucan. VII 264: non mihi res agitur || Iuu. 6, 659: at nunc res agitur tenui pulmone rubetae || Verg. Aen. II 311 sq.: iam proximus ardet Vcalegon || Ou. rem. am. 625: proximus a tectis ignis defenditur aegre || cf. Seren. Sam. 623: partus quod proximus urguet (eadem uersus sede) || Liu. VII 30, 12: cum uideremus finitimum populum . . . . peti et, ubi conflagrassent Sidicini, ad nos traiecturum illud incendium esse 85 **S**: Flor. ep. I 40, 14 (III 5, 14): extincta parum fideliter incendia maiore flamma reuiuiscunt 86 sq. **S**: Pind. frg. 110 [76] Chr.: *γλυκὺ δ' ἀπείροισι πόλεμος· πεπειραμένων δέ τις ταρβεῖ προσιόντα νιν* || Lact. diu. inst. V 7, 2: dei unici pia et religiosa cultura 87–89 **T**: floril. Paris. 8818[a] 87 **S**: Ou. a. a. II 9 sq.: mediis tua pinus in undis nauigat et longe, quem peto, portus abest

---

*Ω* = *A E F M R γ λ' ν π σ d g m v* 78 quondam *Ω Pph. flor. Nostr.* quendam *E2 v1* dignos *flor. Nostr.* tradim; *R1* tardim' *d* 79 Quae *A a. corr.* premit *φ corr. v flor. Nostr.* p̄mit& (t superscr.) decept' *E* 80 Vt *p*aenit' *A* crimine *ψ pr.* 81 Tuerisq. *A* Tuerisque *σ* fidens est *φ λ pr. d* fidem *ψ a. ras.* fidenter *v y* fidentem *cett. flor. Nostr.* presidio *A γ φ λ d m* 82 cū *supra u. γ* ecquid *F ν γ π σ d m Porph. flor. Nostr.* ec quid *M* ecqui *λ cum f* et quid *A E R g* &quid (ec superscr.) *v* ec quiq *l* 83 Ad te] Ante *M pr.* post] p̓ *E* 84 Iam tua *v y* Nam tua *cett. flor. Nostr.* 85 neclecta *A1* neglecta *A2 cett. flor. Nostr.* 86 inexpertis *Ω flor. Nostr.* inexperti *Pph.* amici · /// · s. ꝯ (= scilicet est) *φ* 87 metuet *A2 E F λ' ν π d v* metuit *A1 M γ σ ψ corr. g m v2 uar. flor. Nostr.* metu*it*/// *R* est *om. M cum Reginens. exh. cett. Porph. flor. Nostr.*

hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
oderunt hilarem tristes tristemque iocosi,
sedatum celeres, agilem nau*o*mque remissi;
[potores bibuli media de nocte Falerni]
oderunt porrecta negantem pocula, quamuis
nocturnos iures te formidare tepores;
deme supercilio nubem: plerumque modestus
occupat obscuri speciem, taciturnus acerbi.
  inter cuncta leges et percontabere doctos,
qua ratione queas traducere leniter aeu*o*m:

---

89 sq. T: floril. Basil. F IV 38: oderunt ylarem tristes tristemque iocosi sedatum seleres agilem graiumque remissi 91 sq. T: florileg. Paris. 8818[a] 94—103 T: floril. Nostr. 94 S: Aesch. Prom. 150 sq.: *φοβερὰ δ' ἐμοῖσιν ὄσσοις ὁμίχλη προσῇξε* || Soph. Ant. 528: *νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ* || Eurip. Hippol. 172: *στυγνὸν δ' ὀφρύων νέφος αὐξάνεται* || Eurip. Iphig. Aul. 648: *μέθες νυν ὀφρὺν ὄμμα τ' ἔκτεινον φίλον* || cf. Mart. I 4, 2 et Auson. prol. ed. 7, 2: pone supercilium || Sen. Phaedr. 799: pondus ueteris triste supercili || Sil. It. VIII 611: nec nubem frontis amabat || cf. Ter. ad. V 3, 53 (839): exporge frontem || Cic. in Pison. 9, 20: supercilium tuum . . . fugi . . . frontis tuae nubeculam . . . pertimescerem || Auson. prolog. ed. 7 u. 2: pone supercilium 95 S: Hor. c. IIII 9, 46 sq.: rectius occupat nomen beati || Tac. Agric. 42, 4: Domitiani natura praeceps in iram et quo obscurior, eo inreuocabilior 96 T: Priscianus instit. XVIII 4, 50 97 S: Cic. Tusc. III 11, 25: si uolumus hoc, quod datum est uitae, tranquille placideque traducere || Verg. cul. 97: securam placido traducit pectore uitam || Phaedr. I 31, 7: sollicitum potius aeuom ducitis || Gell. XV 7, 20: ut, mihi quantumcumque superest temporis, id saluis uobis traducere liceat

---

*Ω* = *A E F M R γ λ' ν π σ d g m v* 88 motata *E* muata *R* multata *v a. ras.* retrosum *R*1 aura *Ω flor. Nostr.* 89 iocosi *om. R*1 unda *y* 90 nauumque *A*2 *E F γ ν π σ d g m* .nauūq; (·g) *λ φ* manuumque *A a. ras. R*1 gnauumque *R*2 *v flor. Nostr.* remissi *R*2 iocosi *R*1 *cett.* *in g pr. uu.* 89. 90. 92 *sic ordinati erant:* 90. 92. 89; *corr. ut uid. eadem m. additis litteris* b a *u.* 91 *om. Ω praeter σ; exhibent a prima manu tantummodo σ c q Petropolitanus florilegia Nostradamense et Parisinum* 8818[a]; *de codice x uide praefat. uol.* I[2] *p.* XLIII. *laudat hunc uersum ut Horatianum Nestor Nouariensis s. u.* 'tepor'; *item habent hunc uersum Hildebertus et Vincentius Bellouacensis; recentiores manus addiderunt eum in M γ ψ l (L r); de v inter auctores non constat, utrum a* 1. *an a* 2. *manu additus sit; eadem manu additus est ad calcem paginae in Oxoniensi, qui in ipso textu h. u. omisit; in A E R λ ν π φ d g m ne ab altera quidem manu extat. Pseudacro tacet. post u.* 92 *add. Montepess.* 2; *cf. Epileg.* p. 682 *et epist.* I 14, 34 92 negantem porrecta *d* porr&ta *R* 93 tepores *Ω* uapores *c* () 94 molestus *σ* 95 obscuri] obscura *v pr.* spetiem *A γ d* 96 percunctabere *v* percontabere *cett. Prisc. flor. Nostr.* doct(o)us *ψ* 97 rationes *A* quę astra ducere *R* euum *M* aeuum *cett.*

num te semper inops agitet uexetque cupido,
num pauor et rerum mediocriter utilium spes,
uirtutem doctrina paret naturane donet,
quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum,
quid pure tranquillet, honos an dulce lucellum
an secretum iter et fallentis semita uitae.
  me quotiens reficit gelidus Digentia riuos,
quem Mandela bibit, rugosus frigore pagus,
quid sentire putas, quid credis, amice, precari?
'sit mihi, quod nunc est, etiam minus, ut mihi uiuam
quod superest aeui, siquid superesse uolunt di;

---

98 S: Claudian. in Rufin. I 199: semper inops quicumque cupit 99 S: Cic. de fin. III 16, 53: praepositum . . . quod sit indifferens cum aestimatione mediocri 100 S: Plat. Men. p. 70 A: *ἆρα διδακτὸν ἡ ἀρετή; ἢ οὐ διδακτόν, ἀλλ' ἀσκητόν; ἢ οὔτε ἀσκητὸν οὔτε μαθητόν, ἀλλὰ φύσει παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις ἢ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ;* || Cic. part. or. 18, 64: quonam pacto uirtus pariatur, naturane an ratione an usu? || Sen. de uit. beat. 31: quaeramus, quid sit uirtus, una pluresne sint: natura an ars bonos uiros faciat || Quintil. inst. XII 2: uirtus etiamsi quosdam impetus a natura sumit, tamen perficienda doctrina est || cf. etiam Euripid. Hec. 600–603. Iphig. Aul. 561 sq. Cic. pro Arch. 15. 101 S: Plat. resp. I p. 621 C: *ἵνα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς φίλοι ὦμεν καὶ τοῖς θεοῖς δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως παντὶ τρόπῳ ἐπιτηδεύσωμεν* 102 S: Phaedr. III prol. 26: docto labori dulce praeponens lucrum 103 S: Hor. epist. I 17, 10: nec uixit male, qui natus moriensque fefellit || Iuu. 10, 363 sq.: semita certe tranquillae per uirtutem patet unica uitae 105 S: Hom. Il. II 825: *πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο* || Hor. c. IIII 15, 21: non qui profundum Danuuium bibunt || Verg. Aen. VII 715: qui Tiberim Fabarimque bibunt || Sen. Troad. 9: qui frigidum septena Tanain ora pandentem bibit 106 sq. T: floril. Nostr. 107 S: Eurip. Ion 646 sq. N.: *ἔα δ' ἔμ' αὐτοῦ ζῆν· ἴση γὰρ ἡ χάρις μεγάλοισι χαίρειν σμικρά θ' ἡδέως ἔχειν* || Sen. de breu. uit. 4, 2: Augustus ... hoc labores suos ... dulci ... oblectabat solacio aliquando se uicturum sibi || Sen. epist. 55, 4: ille nulla re sollicitus scit sibi uiuere 108 S: Lucr. III 904 sq.: aeui quod superest ||

---

*Ω* = *A E F M R γ λ' ν π σ d g m v* 98 Num *A E F M R1 γ λ' ν π1 σ d g1 m* Non *γ uar. R2 λ2 π2 ψ2 g2 v* Ne *flor. Nostr.* senp *λ1* inobs *ψ pr. π v Pseudacronis cod. γ flor. Nostr.* inops *cett. Pph.* 99 Nam *γ*
v ł rat
Non *λ2 π2 ψ2 v* Num *cett.* Neu *flor. Nostr.* () pau≡or *M* 100 paret *v*
v n
natura ne *A* do≡& *σ* 101 muniat *σ* tibi *M supra u.* reddet *σ*
t
102 honos] on' *E* honos *R* 103 semina *E* 104 quociens *λ g v* quotiens *cett. Pph.* digencia *λ g* dicentia *Pph.* digetia *σ1* riuus *Ω* 105 Quę *A* Quæ *λ* rogosus *γ* rugosos *d* 106 Quod *γ* Quid *cett. Pph. flor. Nostr.* putas *Ω Pph. flor. Nostr.* 107 qđ *E* etiam] & ut *λ* ut mihi *A E M γ σ ψ corr. g*
ł ut
*flor. Nostr. cons. Porph.* & michi *v* et mihi *A2 F R λ' ν π d m* uł n' *g* ()
108 dii *A1 F M λ' d g v* di *A2 E R γ ν π σ m*

sit bona librorum et prouisae frugis in annum
copia, neu fluitem dubiae spe pendulus horae.
sed satis est orare Iouem, quae donat et aufert:
det uitam, det opes; aequ*o*m mi animum ipse parabo.'

---

## XVIIII.

Prisco si credis, Maecenas docte, Cratino,
nulla placere diu nec uiuere carmina possunt,

---

Lucr. V 206: quod superest arui || Prop. III 17, 19: quod superest uitae || Ou. fast. VI 416: quod superest aeui (prius hemist. pentam.) || Gell. XV 7, 20: mihi quantumcumque superest temporis **109** sq. **T**: floril. Nostr. **110 S**: Lucr. III 1050 B.: animo incerto fluitans || Hieron. epist. 52: iugi susurro inter spem et metum fluctuamus **111** sq. **S**: Cic. nat. deor. III 36: iudicium hoc omnium mortalium est fortunam a deo petendam, a se ipso sumendam esse sapientiam **111 S**: Hor. c. I 34, 14 sqq.: hinc apicem rapax Fortuna ... sustulit, hic posuisse gaudet || Manil. II 160: multum comes addit et aufert || carm. epigr. 752, 2 Buech.: deus qui te formauit et aufert **112 S**: Sen. Med. 176: fortuna opes auferre (u. 111), non animum potest || Sen. Thyest. 391 sqq.: stet quicumque uolet potens aulae culmine lubrico: me dulcis saturet quies, obscuro positus loco leni perfruar otio. nullis nota Quiritibus aetas per tacitum fluat. sic cum transierint mei nullo cum strepitu dies, plebeius moriar senex **112 S**: Epicur. gnomolog. Vatic. 65: *μάταιόν ἐστι παρὰ θεῶν αἰτεῖσθαι ἅτις ἑαυτῷ χορηγῆσαι ἱκανός ἐστιν* || Cic. de nat. deor. III 36, 86: atque hoc quidem omnes mortales sic habent: externas commoditates . . . a dis se habere; uirtutem autem nemo umquam acceptam deo rettulit || Ou. trist. V 11, 15: nec uitam nec opes nec ius mihi ciuis ademit || ex P. II 1, 53 sq.: di tibi dent annos! a te nam cetera sumes, sint modo uirtuti tempora longa tuae

I. 19. **1** prisco—Cratino] cf. s. I 4, 1 sq.: Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae atque alii, quorum comoedia prisca uirorum est || Quint. inst. X 1, 65: plures (antiquae comoediae) auctores; Aristophanes tamen et Eupolis Cratinusque praecipui || Aristoph. equ. 526 sqq. || de morte

---

*Ω = A E F M R γ λ' ν π σ d g m v* **109** sit] Spes *E m* prouise *λ* **110** neu] ne *m cum β pr. μ pr. Regin. Pph. Porph. Pseudacr.* neu *cett. flor. Nostr.* ( ) flu//e// dubies pe *A* dubiaes pe *R* dubie *λ g v* pendulus, l *in ras. R* hore *λ flor. Nostr.* ore *A* orae *R* ( ) **111** Set *γ* S, *E* Est *R* Sed *cett. Pph.* hęc ł Sed *v quod quidem ex Porph. Pseudacr. inrepit* ( ) qui *A2 E F corr. M R2 γ λ'2 ν π2 σ g v* quae *A1 R1 γ uar. λ'1 π1 ψ pr. m* que *d* qua *φ pr.* donat *A E M R γ λ'2 ν π uar. σ m v* donet *g* pouat *π1* ponit *F λ'1 π2 d* ( ) **112** Ded *A* De *R pr.* aequum animum *M E p. ras. σ φ p. ras. ψ l p. ras. m cum β'1 f p. ras. r corr. aut 2 Barcin. Nostrad. Paris. h* (7976) aequum (equum *R*) mihi (michi *v*) animum *E a. ras. R λ' ν π φ a. ras. d v* equũ ṁ (*om.* animum) *g* $^{e}$quum mihi animum *A* mihi ęquum animũ *γ* mi$^{hi}$ *superscr. ab 2. m.* ꝑ mihi *E* mi *in litura ψ* parato *R*

I. 19. AD MAECENATEM *R* AD MECENATEM *A E F M γ λ d v cum L f r* AD MECENATẼ DE CRATINO *m* *inscr. carent ν π σ g l* **1** maecenas *R2 ν Pph.* mecęnas *A γ* mecenas *R1 cett.* catrino *A pr. l pr.*

quae scribuntur aquae potoribus. ut male sanos
adscripsit Liber Satyris Faunisque poetas,
uina fere dulces oluerunt mane Camenae.
laudibus arguitur uini uinosus Homerus;

Cratini idem pax 700 sqq.: *Κρατῖνος ὁ σοφὸς ἀπέθανεν ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον, ὡρακιάσας· οὐ γὰρ ἐξηνέσχετο ἰδὼν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων* || Maecenas docte] cf. Hor. c. III 8, 5: docte sermones utriusque linguae || c. I 1, 29: doctarum hederae praemia frontium || cf. Auson. epist. 10, 1: si qua fides falsis umquam est adhibenda poetis 2 sq. **S**: aut Asclepiades aut Nicaenetus anthol. Pal. XIII 29, 2: (*ἀοιδὸς*) *ὕδωρ δὲ πίνων οὐδὲν ἂν τέκοι σοφόν*; cf. Nicaen. ap. Athen. II 9 p. 39 c = p. 91 K.: *οἶνός τοι χαρίεντι πέλει μέγας ἵππος ἀοιδῷ, ὕδωρ δὲ πίνων χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις. ταῦτ' ἔλεγεν, Διόνυσε, καὶ ἔπνεεν οὐχ ἑνὸς ἀσκοῦ Κρατῖνος, ἀλλὰ παντὸς ὠδώδει πίθου* 2 **S**: uiuere] cf. c. I 32, 2 sq.: quod et hunc in annum uiuat et pluris || c. IIII 9, 10 sq.: spirat adhuc amor uiuuntque commissi calores Aeoliae fidibus puellae || Mart. VII 69, 5: uiuet opus quodcumque per istas miseras aures || id. VII 84, 6. 8.: certior in nostro carmine uultus erit; . . . uiuet, Apelleum cum morietur opus || id. XI 3, 7: at quam uicturas poteramus pangere chartas || VI 60, 10: uicturus genium debet habere liber; cf. Mart. III 20, 2 || Apollin. Sidon. carm. 2, 313: aeterno uiuunt in carmine mortes || Verg. Aen. VIIII 446: si quid mea carmina possunt (in clausula); cf. Ou. met. VII 167 3 aquae potoribus] *ὑδροπόταις*; cf. anthol. Pal. XI 31: *κακὸν ἄνδρα ταρβέω καὶ μύθων μνήμονας ὑδροπότας* || Epicharm. ap. Athen. XIIII 24 p. 628 b: *οὐκ ἔστι διθύραμβος, ὄκχ' ὕδωρ πίῃς* || cf. Athen. X 33 p. 429 a: *Ἀλκαῖος δὲ ὁ μελοποιὸς καὶ Ἀριστοφάνης ὁ κωμῳδιοποιὸς μεθύοντες ἔγραφον τὰ ποιήματα* || Auson. Bissula 3, 5 sq. Sch.: Bissula in hoc schedio cantabitur: utque Cratinus admoneo ante bibas 3 sq. 'ut—poetas' **T**: Seru. ad ecl. 7, 25 et mythogr. III tractat. 12, 4 p. 245 Bode **S**: a. p. 296 sq.: excludit sanos Helicone poetas Democritus || Cic. de diuin. I 80 || a. p. 455 sq.: uesanum tetigisse timent fugiuntque poetam qui sapiunt || (*θείαν*) *μανίαν* Graeci poetis imputant 4 **S**: c. III 3, 33 sqq.: illum ego . . . adscribi ordinibus patiar deorum || epist. I 9, 13: scribe tui gregis hunc || cf. epist. II 2, 77 sq.: scriptorum chorus omnis . . . rite cliens Bacchi 5 **T**: Prisc. inst. VIIII 10, 53 **S**: c. III 25, 18 sqq.: dulce periculum est, o Lenaee, sequi deum cingentem uiridi tempora pampino || cf. c. I 26, 9: Piplea dulcis 6 **S**: uinosus] *φίλοινος* 'uinosus Homerus' cf. Il. VI 261: *ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει* || et de uino Ismarico: Od. VIIII 203—211; de quo idem Od. VIIII 359: *ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀπορρώξ* || adde quod uinum (*οἶνος*) Homero est: *εὐήνωρ, ἡδύποτος, μελιηδής, μελίφρων, μενοεικής, θεῖος ποτός* || cf. Antipatr. anthol. Pal. XI 20, 5 sq.: *σήμερον Ἀρχιλόχοιο καὶ ἄρσενος ἦμαρ Ὁμήρου σπένδομεν· ὁ κρητὴρ οὐ δέχεθ' ὑδροπότας* || laudibus arguitur]

*Ω = A E F M R γ λ' ν π σ d g m v* 3 [b] aque *λ g* potioribus *A E pr. γ a. ras. γ uar. π* potioriuus $R_1$ poto//riuus $R_2$ santis *A pr.* 4 Adscripsit *A E F M R λ' ν π σ d g Pph. Pseudacr. Vat.* 3316 *Seruius* Asscripsit *γ m* Ascribit *v* sati[2]rus *A* satiris *γ* 5 Vina ferę, *uar.* Vini ferę *ψ* Vinafere *φ* Uin*s*|a ferę *l* dulce soluerunt $A_1$ $γ_1$ *d* dulcis oluerunt $R_2$ *ν d corr.* dulci soluer̄ $π_1$ dulci soluerunt $R_1$ dulces soluerunt *m a. ras.* dulces oluerunt *m p. ras. cett. cons. Pph.* camenae *A E F M R γ λ ν π σ m v* camęnę *l* camęne *d* camene *g* 6 [i]umosus *E* humerus *g*

Ennius ipse pater numquam nisi potus ad arma
prosiluit dicenda. 'forum putealque Libonis
mandabo siccis, adimam cantare seueris':
hoc simul edixi, non cessauere poetae
nocturno certare mero, putere diurno.
quid? siquis uoltu toruo ferus et pede nudo
exiguaeque togae simulet textore Catonem,
uirtutemne repraesentet moresque Catonis?
rupit Iarbitam Timagenis aemula lingua,

